



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

Ianvarii Die

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

IANVARIVS

D. CAECILII CYPRIANI CAR-
THAGINENSIS EPISCOPI SERMO DE

CIRCVCNCSIONE DOMINI: QVI HA-

betur tertio Tomo operum eius.

ARGVMENTVM.

Circuncisionē Abrabe mandatā, non apud solos tamen Hebraeos, sed & apud Arabes & Phœ-
nices, filijs etiā Ismael & Esau vsu atā, valuisse docet ad peccati originalis expiationē. Ad quod
etiā ab Adam vsq; ad Noe, & deinceps ad institutionem vsq; huius sacramenti, efficacia essent sa-
crificia vetera: imperatā postea circuncisionē cum fidei tempora propinquarent, ut singulorū sa-
crificia, singulare Christi praecederent holocaustum. Post quod, iam non aliam circuncisionem re-
quiri quam cordis, qua titillatorius carnis motus rationis auctoritate compefcamus.

Gen. 17.

Circunciso-
olium data
est patrib.
ad peccati
originalis
expiationē

INTER omnia testamenti veteris sacramenta nihil
Circuncisionē solennius antiqua celebratū religio,
nec tantum in Hebraeos, sed etiam in Phœnices & Ara-
bes hęc traditio inoleuit. Reliquę gentes tam manda-
tum quā factū irrident, & Deo minime assentunt cō-
uenire, vt Saluatoris benignitas plagis infantium dele-
ctetur, & immeritos in ipso vitę initio periculo mor-
tis addicat. Hoc de bono Domino sentire, q; neminem
vult perire, absurdum & irrationabile iudicat. Nec ta-
men eis omnia reliqua sacrificia sunt horroři, sed in
multis naturalem legem sequentes, expiationum reti-

1. Ianuarij

Gentes vi-
ctimis sua
peccata ex-
piabant
Iob. 1.

nēt instrumenta, & immolant victimas, & incendunt adipēs, & cum odoramen-
tis & libaminibus fundunt coram Deo vota & preces. Legimus Iob Dei testimo-
nio approbatum, iugibus sacrificijs occupatum: nec legimus circuncisum. Et po-
terant esse eo temporum diuersis in locis multi viri insignes, qui iustitię Dei subie-
cti, hoc signo carebant, licet filios Esau & Ismael putandū sit huius traditionis non
fuisse expertes. Verū cum opus istud & antiquitas commēdet, & iubentis autho-
ritas: inquirēda est tanti mysterij ratio, quę Abraham specialiter & semini eius tan-
to pondere mandata est, vt quisquis in illa gente huius signi careret differentia,
Ethnicus non Iudæus reputaretur, & à titulo filiorum Israel abraderetur profcri-
ptus. Hoc cum octaua die iustum sit celebrari, & nomen circunciso aptari: intima-
rum est his qui digni sanctorum consortio cenfebantur, quod eorum nomina scri-
berentur in cælis, & æterna beatitudinis, quam post vitę huius septimanam octa-
ua cōsequitur, heredes fierent & consortes, quicunq; vitę innocentia & calibatus
sanctimonia sese Domino consecrassent. Tena itaque infantia huiusmodi erat
imbuenda doctrina, & ante concupiscibiles motus, quos peccatum meruerat, mise-
rabili poenę, & in euitabili vindictę, etiam in paruulis adhibenda erat seueritas: &
antęquam ebulliret sartago libidinum, prouisum est ventilabrum, quo refrigerari
posset, & extingui depopularicis flammę vagus ardor, & vniuersa perustrans in-
cendium. Ideoque dolor voluptati, & sanguini delectationis sanguis tormēti op-
ponebatur: vt in primis elementis discerent paruuli, semper proprię memores se-
ditionis, contraria curare contrarijs, & ad cohibendos refrenandosque turpitudi-
num appetitus necessarium esse sale corroforio carnis perfricare pruritus, & fem-
per recedentes desiccare putredines. Ad hoc corpus suum mortificabat Apo-
stolus, non tantum circuncidens illud feminarium membrum, sed totum se cruci-
figens, & omnibus extraordinarijs motibus opponens cauterium, vsque ad eodē cor-
pus suum redigens in seruitutem, vt diceret: Viuo autem iam nō ego, viuit verō in
me Christus. Cuius facti amulatores erubescimus in pudendis: & derecto secto que
confusionis operculo, quanuis conscientia testis semper nobis exponat seaturien-
tes intus peccati insidias, nec internum vitare possumus iudicium: viriliter tamen

Gen. 17.

Quid octa-
ua dies, &
nominis
impositio
designat

Contraria
sunt cōtra-
rijs curanda.

1. Cor. 9.

Galat. 2.

Rationis **standum est, & rationis autoritate increpandi sunt tirillatorij sensus, & summo-**
 authorita- **perè vigilandum est ne sequatur assensus. Intra nos pudor iste aboleri omnino no-**
 te increpā- **potest quia nec totum hoc membrum, sed anterior eius portio iusta est circumci-**
 disunt ut il- **di. Res sanè maxima est, si non egrediatur foras huius contagio corruptela: & infa-**
 latorij sen- **niens bestia corrupti anhelitus catenis ferreis in vltimis animæ recessibus allige-**
 sus. **tur, in tusq; fractis dentibus seipsam concupiscentia captiua mastiget & corrodat.**
 1. Cor. 9. **Maner itaq; erubescencia propter sensum: vt qui in agone contendit, sciens circu-**
 cisionis my- **stionis mysterium, ab omnibus se abstineat quæ possunt huic flammæ miniltra-**
 re fomentum. Nec tamen peremptoria est contendentibus, sed probatoria huius
 sensualitatis colluctatio tam veterina: sed institutum est certamen inter spiritum
 & carnem, vt victor homo peccati & poenæ, post triumphos solennes coronetur
 in gloria, sine infestationibus deinceps, liber à peccato & poena.

Hanc verecundiam post præuaricationem vanitati subiecta, non volens anima
 pertulit, & vim sustinet inquietudine perurgente, & inuoluntarijs moribus fatiga-
 ta infelicitatis suæ deplorat miseriam, liberari de corpore mortis huius desiderat:
 & pacifici tranquilliq; status à Deo postulat libertatem. Quotidianè sanè cõflictu
 spiritus & caro luctatur, & causatur ratio aduersus domesticum malum: quod ita
 intra se exerceat regnum quasi natura sit vitium, & secum traxerit creatio prima
 peccatum. Hoc vtiq; prima non sentit conditio, sed securum est transgressorè sup-
 plicium, & adhæsit indiuidua poena peccato: de quo erubescat, quicumq; mudo
 corde Regem in throno suo videre desiderant. Quis in tam affluuis illusionibus
 non confundatur? Quis non in tantis contumelijs erubescat? Fomes quippè huius
 mali intrus in tenebrosis recessibus latitans, vt viderit animam aliàs occupatam, &
 minus ad sui circumspeditione sollicitam, irruptionibus vehementibus erumpit, &
 blanditijs venena supponens, pudicitia puritatem inopinatis inuadit assultibus.
 Ideoq; pudibundus homo nuditatem suam operit, & fœditatem cõfusio occultat.
 His rediuiuis vulneribus semper hac sanie illitis necessaria est per omnè huius vi-
 tæ septimanà iugis refectio putredinù, & continua circūcisio cicatricè. Ecce qd
 ris quidè membra omnia imperio rationis obediunt, & arbitrij retinent libertatè.
 Hic verò vbi Babiloniæ fornax exarserit, & quasi pice & naphtha cõpersi libidini
 ebullierint appetitus, inflammata caro libertatis priuatur honore: in tantum vt ce-
 bella mēbra velit nolit in motus nefarios audacter exurgat. Præcedebat olim in-
 tegumenta rerum significantia abolitionem peccati, & ad perfectionem inchoata
 tendebant. Nec hoc sacramentū consuetudini antiquæ subtrahere voluit Chri-
 stus, & licet non esset in hoc tempore necessariū, tamen ne antiqua religio prostris
 reproba videretur, voluit in se circuncisionis aprari signa culi. Sanè originale pec-
 catum quoddà primis patribus in totam generis huius successione deluxit, omni
 tempore aliquibus remedijs oportuit expiari: licet vim plenā significantia nō ha-
 buerint, donèc ad rem ipsam ventum est, quæ figurarum operiebatur velamine. Et
 licet sacramentorū arcana omnibus non paterent, virtus tamen & effectus eorum
 ignorari non poterat: quia ab Adam vsq; ad Noè sacrificia Deo conlat fuisse ac-
 cepta, quæ vsq; ad illud tempus sine legis distinctione diuinitus inspirata instituta
 one primi hominis celebraret. Illa verò sacrificia aut in animalium sanguine, aut
 aliarum oblationum incensionibus agebatur: non quodd fumo aut moribus pe-
 cudentum deleteretur Deus, sed vt intelligeretur immutabile iudiciū & prolata ab
 initio sententia in peccatum. Immutabile decretum ab æterna lege exierat, cõci-
 piscencia affligi, & morte peccatorè puniri: nec poterat plagis exterioribus reme-
 diū aliquod subuenire, quin stimulus carnis sine vlla exceptione colaphizaret in-
 firmum, & vsq; ad dissolutione mors importuna persequeretur captiuū. Et mors
 quidem carnis concupiscentiarum interfecabat ludibria, nec poterat vltra pecca-
 re illud quod erat putredini ac dissolutioni prædestinatū & datum: sed supererat
 post mortem carnis animæ labor, & afflictio spiritus: nec poterat vlla ratione illa
 absolui damnatio, nisi morti omnium vita omnium subueniret, & pro generali mor-
 bo gratia Dei singulare propinaret antidotū. Hoc antiquum redemptionis nostræ
 consilium sanctis patribus reuelauit Deus, voluitq; vt paulatim assuesceret homi-
 nes passioni & morti necessaria, voluntariè mortis opponerent libamentū, & pe-
 nam in medclam, & supplicium in remedium commutarent. Huius oblationis
 doctrinam sacrificia continebant antiqua: & incensiones & mortes huius con-
 summa.

Rom. 7.
Gal. 5.
Quotidia-
no cõflictu
spiritus &
caro lucta-
sur.

Cur Chri-
stus volue-
rit circun-
cidi.

Pœna pec-
cati moris.
2. Cor. 12.

Morti om-
nium
vita Chri-
stus morie-
do subue-
nit.

SURILLUS

q. d. d. d.
Mober
RVIII
5

DE EPIPHANIA DOMINI.

summationis gratiam præsignabant. Propter hoc cum iam fidei tempora propinquarent, imperata est circumcisio: & pars illa corporis in qua est voluptatū seminarium & libidinis officina, iussa etiam in paruulis amputari, vt proprij primitias sanguinis ei qui totum sanguinē suum oblaturus erat, offerrent: & communia singulorū sacrificia singulare præcederent holocaustum. Vbi verò Christus Dominus venit, de quo in capite libri scriptū est, vt in morte sua patris voluntatem impleret, cessarunt sacrificia: nec iam truncationem præputij Euangeliū imperauit, sed circumcisionem cordis, & omnem tam membrorū quàm affectuum petulantiam gladio spiritus reserari immutabili decreto mandauit. Et tante dignitatis illa vna redemptoris nostri fuit oblatio, vt vna ad tollenda mundi peccata sufficeret: qui tanta authoritate in sancta introiuit in sanguine proprio, vt deinceps nulla supplicantium postulatio sanguine indigeret alieno. A diebus igitur visitationis nostrę regnū celorum vim patitur, nec iam in expoliatione carnis circumcisio agitur, sed Spiritus sancti virtute vetustatis antiquę sanies expurgatur.

3
Gen. 17.
Psal. 50.
Finis sacrificij, peccatorum, & Circumcisionis, Christi.
Iam circumcisio cordis, & Spiritus sancti virtute, sanies peccati extergitur.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO IN EPIPHANIA DOMINI: VT HABETVR OCTA.

uo Tomo Aloysij.



V M natus esset Iesus in Bethleem in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymā, dicētes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellā eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare eum. Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Nam cum omnipotēs sermo nondum à regalibus sedibus descendisset, & nox in suo cursu medium iter ageret, populus gentium ambulabat in tenebris, quia dilexerūt magis tenebras quàm lucem: variosq; secuti errores, in circuitu impij ambulabant, euntē vnusquisque, alius ad villā, alius ad negociationem suam: & obscuratum est insipiens cor eorum, quia incuruatus est vnusquisque ad opus manuum suarum. Patres etiam illi antiqui omnes sub nube fuerunt, eo quod adspiciebant in visu noctis, nec claritatem vultus Moysi poterant intueri, quia velamen erat positum super cor eorum, & erat aqua tenebrosa in nubibus aeris: cum videlicet filij Sion inelyti, conuersi sunt in vasa testea, opus manuum figuli: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum: argentum eorum verum est in scoriam, eo quod caupones eorum miscebant aquam vino: quando obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, nec erat de eis, qui faceret bonum, nec etiam vsq; ad vnum. Tunc ergo tenebrę factę sunt super vniuersam terrā, quia Iudæus & Gentilis in tenebris strauerunt lectum suum, habitantes in tenebrosis & umbra mortis. Quia igitur tunc nox præcessit, ecce dies appropinquauit, & lumen resulsit in habitaculo carceris nostri, ex eo quod exortum est in tenebris lumen reclusis corde, cum visitauit nos Oriens ex alto: & ortus est nobis Lucifer matutinus, qui non nouit occasum, quādo lux illa vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, in tenebris luxit, & tenebrę eam non comprehendebant.

6. Januarij. Matt. 2.
Psal. 116. Sap. 18.
Iohan. 3.
Matth. 22.
1. Cor. 10.
Thren. 4.
Christus aduentu suo in carcerē illuminauit mundi tenebras. Iohan. 1.

Iudæi itaque & Gentiles in tenebris erant vsque ad tempus plenitudinis. At vbi venit plenitudo temporis, emisit Agnum Dominus dominatorem terrę, de petra deseri ad montem filia Sion: & lapidem, quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Et quia ad hoc venerat, vt oues dispersas congregaret in vnum, licet non fuerit primò missus, nisi ad oues quę perierant domus Israël: quia tamen alias oues habebat, quę non erant ex hoc ouili, & illas oportebat eum adducere, vt fieret vnum ouile, & vnus pastor: idcirco habitantibus in regione vmbre mortis ram Iudæis, quàm gentibus, lux orta est eis vtriusque, propter quod & in natiuitate claritas Dei circumfulsit pastores, quia Angelus euangelizauit eis gaudium magnum, & hodierna die stellę claritas natum denunciat Saluatorem. Iudæis itaque tanquàm ratione ventibus loquitur vox Angelorum, Gentibus verò quasi brutis, & iumentis in campis syluę, loquitur lingua siue stella celorum. Lux itaque

Esa. 16.
Psal. 117.
Matth. 19. Iohan. 10.
Esa. 9. Luc. 2.
Matth. 7. Cur Angelus Iudæis, Stella verò

4
 gēribus ap-
 paruerit. demonstrat lucem, creatura suum indicat creatorem, suum loquitur factura factorem, & noua stella denunciat verum Solem. Laudate ergo Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Latamini gentes simul cum plebe eius. Gaudeant Gentiles, exultent Iudaei: quia ecce Sol de stella enituit, & factor Virginis factus est in Virgine factura sua. Homo enim, qui factus est in ea, ipse fundauit eam altissimus. Ortus est itaque Sol de stella, sanitas ex agritudine, ex morticino vita, lux ex tenebris, dulcedo ex amaritudine, ex spina rosa, pater ex filia, Dominus ex ancilla, & de exiguo riuiulo fons aquae salientis in vitam aeternam. Oritur ergo Sol de stella, & demonstratur Sol per stellam.

Psal. 106. Erat stella in aere, stella in terra, Sol in praesepio. Stella in aere, corpus illud lucidum: stella in terra, Virgo Maria: Sol in praesepio, Christus noster. Stella in aere, de qua habuimus in Euangelio: Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Stella in terra, de qua Balaam prae dixit in Prophetia sua: Orietur stella ex Iacob, & confringet omnes alienigenas. Sol in praesepio, de quo reprobi, secundum quod in libro Sapientiae legitur, dicturi sunt in futuro: Errauimus via veritatis, & Sol iustitiae non illuxit nobis. An non ipse est, qui in sole posuit tabernaculum suae carnis, quando fuit tanquam sponsum procedens de thalamo suo? In stella fratres, quatuor principaliter attenduntur. Stella enim igneae naturae est, stella in se lucida est & clara, stella ex se radium emittit, stella in nocte lucet. Haec eadem in stella nostra, id est, in Virgine Maria possumus inuenire. Stella, vt diximus, igneae naturae est: & ipsa Virgo Maria igneae naturae fuit. Ipsa est enim rubus ille igneus, in quo apparuit Dominus Moysi, qui videbatur quippe ardere, sed non comburebatur: quia grauida quidem apparuit Virgo, sed igne libidinis non est consumpta. Ipsa in se splendida est & clara, adeo vt de ea scriptum sit in Canticis canticorum: Quae est ista, quae progreditur sicut aurora confurgens, pulchra vt luna, electa vt sol? Ipsa ex se radium illum emittit, qui penetrat vsque ad cordis secreta. Secutatur enim corda & renes, eo quod viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, perringens vsque ad diuisionem animae & spiritus: vnde & merito congruit ei nominis interpretatio. Maria namque stella maris interpretatur. Mare hic mundus est, sicut scriptum est: Hoc mare magnum & spatiosum, illic reptilia, quorum non est numerus. Merito ergo stella maris dicitur, quia ipsa tanquam sidus singulare refulsit in mundo, & cuius splendor illuminat mundum, & ex se radium illum emittit, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et sicut radius processit a stella stella, integra permanente: sic filius ex Virgine, virginitate inuiolabili perdurante, secundum quod & Propheta Ezechiel inquit: Porta, quam vides, semper erit clausa, & nullus transibit per eam, sed Dominus solus introibit per eam. Stella lucet in nocte, & ipsa Virgo in nocte huius seculi singulariter fulsit, secundum quod de ea scriptum est: Quae cunctas haereses sola interemisti in vniuerso mundo. Talis est stella nostra, fratres talis est Virgo Maria, talis est stella maris: & quia reliquit nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius, talis etiam debet esse anima nostra.

Luc. 12. Simus ergo, fratres, igneae naturae, vt sit in nobis ille ignis, quem venit Dominus mittere in terram: & ignis ille, qui erat flammigerans in ossibus Hieremiae, accendatur in conflatorio cordis nostri, iuxta quem seder Dominus purgans & mundans filios Levi. Simus etiam & nos clari & fulgidi, vt adspiret nobis dies, & inclinentur umbræ, & deponentes veterem hominem cum actibus suis, induamur nouum, qui secundum Deum creatus est: vt si fuimus aliquando tenebræ, nunc simus lux in Domino, & induti armis lucis ambulemus honeste, sicut decet ambulare in die. Emitte vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus portamus cum proximis nostris per exempla bonae operationis lucemus, vt cortinae cortinam trahat, & qui audit dicat, Veni: & sic luceat lux nostra coram hominibus, vt videntes opera nostra bona, glorificent Patrem, qui in oculis est, & currant multi in odorem vnguentorum nostrorum. Stella lucet etiam in nocte, & nos fratres, in nocte huius seculi luceamus, secundum quod scriptum est: Intere quos lucetis, quasi luminaria fixa in firmamento. Contra haereticorum tenebras sapientiae lumine splendeamus, quia scriptum est: Capite nobis vulpeculas, quae demoliuntur vineam Domini. Propter quod Dominus inquit: Estote prudentes sicut serpentes.

Cant. 2.
 Matth. 10.

SURIUS

q. 100
 1000

RVIII

5

DE EPIPHANIA DOMINI.

5

serpentes, & simplices sicut columbæ. Sic ergo, fratres, ad verum Solem poterimus peruenire, si Virginis & stellæ nostræ vestigia fuerimus imitati.

In sole autem quinque principaliter attenduntur. Sol incommutabilis est in se, cum luna singulis mensibus commutetur. In sole est nulla macula, cum semper macula sit in luna. Sol habet plenitudinem luminis, à quo & alia luminaria lumen accipiunt. Sol licet sit immutabilis, interdum tamen patitur eclipsim. Sol semper lucet in die. Sed eadem in vero Sole nostro sollicitè inuestigemus. Sol in se incommutabilis est: & ipse Christus secundum diuinitatis potentiam semper incommutabilis perseuerat. Vnde ipse ait: Ego sum Deus, & non mutor. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. In sole nulla est macula: & ipse est, qui singulariter ingressus est mundum sine macula, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sol habet plenitudinem luminis: & in eo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, cui non est datus spiritus ad mensuram, immò de plenitudine eius accepimus omnes gratias pro gratia, quòd vnguentum à capite descendit vsq; ad barbam, & à barba stillauit in oram vestimenti. Sol interdum patitur eclipsim: & ipse Christus eclipsim mortis passus est in passione, quando recessit pastor ouium, ponens animam pro ouibus suis, & inclinato capite emisit spiritum. Sol semper lucet in die: & ipse Dominus, postquam resurgendo cõsumpsit tenebras nostræ mortalitatis, resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, sed lucem habitat inaccessibilem, & in eo tenebræ non sunt vllæ. Hunc solus aquila Iohannes irreuerberatis luminibus intuitus est in rota sua, quando ad eò altè volauit, quòd si paulò altius intonuisset, totus mundus eum capere non potuisset, inquit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Magi ergo illuminati à sole veniunt ad Solè, qui illustrati per stellam, quæ lumen suum habet à sole, venerunt ad adorandum Solem: quorum gesta diligenter singula attendamus. Venerunt ergo ab Oriente Hierosolymam, & cum venissent, inquisierunt: Vbi est qui natus est Rex Iudeorum? Cum peruenissent ad locum, procciderunt: cum proccidissent, adorauerunt: cum adorassent, munera obtulerunt. Venerunt ergo infatigabili labore, inquisierunt prouida sollicitudine, procciderunt debita humilitione, adorauerunt mentis deuotione, munera obtulerunt integra fidei religione: & obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham. Ecce primitiæ gentium, primò puram & integram fidem offerunt: obtulerunt enim thus Deo, myrrham mortali, aurum Regi: thus per fidem diuinitatis, myrrham per fidem humanitatis suæ mortalitatis, aurum per fidem regiæ dignitatis. Fuit enim Deus, & homo, Emmanuel nobiscum Deus, cum factus est simul in vnum diues & pauper: fuitque ex regia tribu, secundum quod in eius genealogia describitur. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham, &c. Vel obtulerunt hæc tria humanitati Christi, aurum Regi, Sacerdoti thus, myrrham mortali. Fuit enim ex regia & sacerdotali tribu. Fuit Rex, quia habuit in vestimèto & in femore suo scriptum, Rex regum, & Dominus dominantium. Fuit & sacerdos secundum ordinem Melchisedech Regis Salem, qui sacerdos fuit Dei summi, quia non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Conuersi enim sumus ad pastorem & Episcopum animarum nostrarum. Fuit etiam mortalis, quia verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit in corpore suo super lignum.

Hæc eadem ipsa Virgo stella maris obtulit soli nato suo in persona sua. obtulit enim aurum regiæ dignitati, quia fuit ipsa de regia tribu, secundum quod in dicta genealogia legitur: Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Obtulit etiã thus, & myrrham: vnde in Cantico amoris hæc duo in ipsa iunguntur, vbi dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij: Myrrha arecet vermes à corporibus mortuorum, & ipsa corpora conseruat à corruptione, propter quod Nicodemus attulit mixturam myrrhæ & aloës, vt condiret corpus Iesu. Per myrrham ergo carnis integritas designatur, thus verò mentis exprimit deuotionem. Penè ergo hæc duæ species in stella & virga nostra iunguntur, quia in Virgine Maria carnis integritas & mentis deuotio semper indiuisa manserunt. Et merito additur, Vniuersi pulueris pigmentarij: quia ipsa ad eò fuit donis Spiritus sancti

Quinque Solis, pprietas Christi suo attribuntur.

Malach. 3. Iacob. 1. Egi. 31. Colof. 2.

Psal. 132.

Iohan. 19.

Rom. 6. 1. Tim. 6.

Iohan. 1.

Matth. 2.

Que munerum magi obtulerunt ne oplasto.

Esa. 7. Matth. 1.

Apoc. 19. Psal. 109. Heb. 7. 9.

Esa. 53. 7.

Que donis obtulerit Maria. Matth. 12.

Luc. 1. referta, vt audire meruerit: Aue gratia plena, Dominus tecū, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vētris tui. Sic ergo, fratres, obtulerit Magi, obrulit & Virgo Maria stella nostra. Et quia exēpla dederunt nobis, ergo & nos ita faciamus.

Venerunt Magi, Veniamus & nos, quia scriptum est: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Et alibi: Venite ad me, qui concupiscitis me. Inquisierunt Magi, inquiramus & nos, quia scriptum est: Quarite Dominum, dum inueniri potest. Prociderunt Magi, procidamus & nos, quia scriptum est: Venite adoremus, & procidamus ante Deum. Adorauerunt Magi, adoremus & nos, quia scriptum est: Adorate Dominum in aula sancta eius. Obrulerunt Magi, offeramus & nos, quia scriptum est: Obsecro vos, fratres, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vēstri. Offeramus & nos illa tria, quę obtulerunt Magi, aliter tamen quam illi. Offeramus myrrham mortificationis, vt mortificantes corpora nostra quę sunt super terram carnis curam non faciamus in desiderijs, crucifigentes corpora nostra cum vitijs, & concupiscentijs: & in his tamen omnibus rationale sit, vt dictum est, obsequium nostrum. Offeramus thus deuorę orationis, secundum quod Apollolus ait: Occubo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente, vt dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu Domini. Offeramus & aurum, splendorem sapientię: aurum nanque sapientiam designat, iuxta illud: Thefaurus desiderabilis re- quiescit in ore sapientis, vt simus parati omni poscenti de ea. quę in nobis est, fide & spe reddere rationem, & splendore sapientię fulgemus & contra hereticorum tenebras intrepidi dimicemus, atque dicere possumus: Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti. Et vti nam non posses dicere potius: Bonum mihi lex oris Iustiniani super millia auri & argenti: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ita vt lex tua, Domine: Dereliquerunt venam aquarum viuęrum Dominum, ne merito ipsa sapientia conqueratur dicens: Dereliquerunt me fontem aquę viuę. Nam hi, qui in lege Domini debent meditari die ac nocte, a veritate ad fabulas conuertunt auditum. Custodes ergo super muros Ecclesię constituti, vigilantes sint, ne vulpes Sampsonis incendant fegetes nostras: & ponatur turris Dauid cum propugnaculis contra Damascum, ex qua dependeat clypei mille: turris nanque fortissimum nomen Domini, ad eam confugiet iustus, & exaltabitur. Hęc est scriptura, vbi nomen Domini inuocatur, in qua propugnacula sunt prelati, atque doctores, qui eius terminos debent custodire, de quibus scribitur: Non transgredieris terminos, quos tibi patres tui constituerunt. Satuit namque Moyses terminos contra montem Sinai, quos transgredi non licebat. Et vti nam istos terminos nulli transgrediantur, alioquin lapidibus erunt digni. Ex hac dependet clypei mille, perfectio videlicet autoritarum, quę est ad munimentum ipsius. Hęc turris ponitur contra Damascum, scilicet contra robur hereticorum. Huius fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, id est mysterium Christi.

Immobile profectō & immutabile est Christi mysterium, quia multiplex habuit testimonium. Habuit enim testimonium hominum, testimonium Angelorū, testimonium mulierum, testimonium virorum, testimonium senum, testimonium paruulorum, testimonium terrenorum, testimonium cęlorum, testimonium Gentiliū, testimonium Iudæorum, testimonium antiquorum, testimonium modernorum, testimonium lucis, testimonium tenebrarū, testimonium legis, testimonium Prophetarum, testimonium Regum, testimonium turbarū, testimonium viuorum, testimonium mortuorum, testimonium brutorum, testimonium Solis, testimonium elementorum. Habuit testimonium hominum, quia pastores erant in regione illa, qui venientes inuenerunt de verbo, sicut dictū, erat ad eos de puero. Testimonium Angelorum, quia Angelus Domini stetit iuxta illos, & dixit eis: Ecce euangelizo vobis gaudium magnū, quia natus est hodie Saluator mundi, qui est Christus Domini in ciuitate Dauid. Et facta est cū Angelo multitudo cęlestis exercitus, laudantium Deū, & dicentium: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Habuit testimonium mulierū, quia Anna prophetissa filia Phanuel confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionē Israël. Habuit testimonium virorū, quia vno die conuersi sunt tria millia, & alio quinq; millia qui testimonium perhibebāt de Iesu. Habuit testimonium senū, quia antiquus ille die-

rum

rum

rum

rum

rum

rum

rum

SURIUS

obor
 nobor
 RVIII
 5

Quę nos offeramus dona. Matth. 11. Eccli. 24. Esa. 55. Psal. 94. Psal. 28. Rom. 12.

Colof. 3. Galat. 3.

1. Cor. 14.

Prou. 21.

Psal. 118.

Hier. 17.

Hier. 2.

Vt Ecclesie pastores vigilare debeant contra hereticos, ne Ecclesia perturbetur. Prou. 22. Exod. 19.

1. Cor. 3.

Multiplex de Christo Salvatore testimonium.

Luc. 2.

Ibidem.

Act. 4.

DE EPIPHANIA DOMINI.

rum Simeon, cuius capilli erant sicut lana alba, qui acceperat responsum a Spiritu Luc. 2.
 sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini, accipiens eum in
 vlnas suas, dixit: Nunc dimitte, Domine, seruum tuum secundum verbum tuum
 in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Habuit testimonium paruulorum,
 quia Innocentes illi eum, quauis non loquendo, moriendo tamen confessi sunt. Math. 2.
 Habuit testimonium terrenorum, quia pax facta est in terra hominibus bonæ vo-
 luntatis, tanta, vt ab vno homine Casare Augusto totus orbis describeretur: de
 cuius tranquillitate Esaias inquit: Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas
 suas in falces. Habuit testimonium calorum, quia celi miserunt nouam stellam, Esa. 12.
 secundum quod habuimus in Euangelio: Et ecce stella, quam viderant Magi in
 Oriente, antecedebat eos vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Habuit te-
 stimonium Gentilium, quia Magi venientes Hierosolymam dixerunt: Vbi est qui
 natus est Rex Iudæorum? Habuit testimonium Iudæorum, quia Herodes principes
 sacerdotum, & scribas populi conueniens, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nascere-
 tur: at illi dixerunt, In Bethleem Iudæ. Habuit testimonium antiquorum, quia in
 manibus Prophetarum assimilatus est: ipse enim est Agnus occisus ab origine
 mundi. Habuit testimonium modernorum, vnde & ipse Discipulis inquit: Eritis
 mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum ter-
 ra. Habuit testimonium lucis, quia claritas Dei circumfulsit pastores, & claritas stel-
 lae illustrauit Magos. Testimonium tenebrarum, quia in morte eius tenebræ factæ
 sunt super vniuersam terram. Habuit testimonium legis, quia Moyses dixit in lege:
 Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris: ipsum tanquam me audietis.
 & alibi: Erit vita tua pendens in ligno: videbis, & non cognosces. Testimonium
 prophetarum, quia Esaias ait: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius
 ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. & alibi: Ecce Virgo concipi-
 et, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Hieremias autem: Post hæc,
 inquit, in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ezechiel in eius testi-
 monio filius hominis appellatus est. Daniel ait: Cum venerit sanctus sanctorum,
 cessabit vnctio vestra. Oseas in eius testimonio accepit vxorem fornicariam. A-
 bac dicit: Cornua sunt in manibus eius. Ionas in ventre ceti eius testimonium testa-
 tus est. Et quid discurram per singula? Nullus Prophetarum extitit, qui ei testimo-
 nium non perhiberet. Testimonium Regum, vnde Dauid Rex: Terra nostra dabit
 fructum suum. & alibi: Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Et Salomon: Os-
 culetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis
 optimis: & Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Testi-
 monium turbarum, vnde dixerunt in Euangelio: Vidimus mirabilia hodie: & Nisi
 esset hic a Deo, non posset facere, quod facit: propter quod voluerunt etiam eum ra-
 pere, & Regem facere. Testimonium viuorum, quia illi duo ibant in Emaus, vene-
 runt, & narrauerunt omnia, quæ eis acciderant. Testimonium mortuorum, quia mul-
 ta corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & apparuerunt multis. Testi-
 monium brutorum, quia cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domi-
 ni sui. Testimonium Solis, quando ipse obscuratus est. Testimonium elementorum,
 quia testimonium perhibuit terra, quando terræ motus magnus factus est: testimo-
 nium perhibuit aqua, quando siccis pedibus ambulauit super aquas: testimonium
 perhibuit aer, quando nubes suscepit eum ab oculis eorum, scilicet discipulorum:
 testimonium perhibuit ignis, quando Angelus Domini descendit de caelo, & replē-
 dit facies eius sicut fulgur: fulgur enim igneæ naturæ est.
 Quia ergo, fratres, mysterium Crucis habuit testimonium omnium prædictorum,
 erubescat Iudæus infelix, qui negat Christum de Virgine natum, quia pastores lu-
 dei inuenerunt sicut dictum erat illis. Confundatur Gentilis, qui dicit ligno: Deus
 meus es: & lapidi, Tu me genuisti: quia Magi Gentiles ipsum adorauerunt. Obmu-
 tescat hæreticus, qui mysterio contradicit. Et omnis lingua confiteatur, quia Do-
 minus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Ad quam gloriam nos perdu-
 cat ipse Dominus noster Iesus, qui cum sit splendor luminum, flos florum, vita
 morum, schola virtutum, & corona sanctorum, super choros
 Angelorum regnat in secula seculo.
 rum, Amen.

Luc. 2.
 Math. 2.
 Esa. 12.
 Math. 2.
 Ibidem.
 Ibidem.
 Osee 12.
 Apoc. 13.
 Act. 11.
 Luc. 2.
 Math. 2.
 Iohan. 19.
 Deu. 18. 28.
 Esa. 11.
 Esa. 7.
 Baruch 3.
 Ezech. 2. & c.
 Osee 1.
 Abac. 3.
 Ionæ 2.
 Psal. 84.
 Esa. 45.
 Cant. 6.
 Luc. 5.
 Iohan. 6.
 Luc. 24.
 Math. 27.
 Esa. 1.
 Luc. 23.
 Math. 27.
 Mat. 6.
 Act. 1.
 Math. 28.
 Luc. 2.
 Hier. 2.
 Math. 2.
 Philipp. 2.

8 IANVARIJ VI.
**VITA GERTRVDIS DE OESTEN. INCER-
 TO QUIDEM AVTHORE, SED BONA FIDE CON-
 scripta. Nos capita margini adiecimus, & stylum nomibilib in grati-
 am Lectoris contraximus. Hæc virgo necdum est
 in Sanctos relata.**

Ianuarij 6.
 Cap. 1.

Patria Ger-
 trudis.



IRGO venerabilis Gertrudis de Oestē anno salutis millesimo trecentesimo quadragesimo ipsa sancta Parasceue vulnera Christi suo corpori sēsit impres- sa, vnde multis diebus quotidie septicis manauit san- guis, populo ad tā illustre miraculū obstupescēte. Quod idcirco primo loco cōmemorātū voluimus, vt vitæ eius historia lectōri sit gratior. Est apud Bata uos pagus Voerburg, medius inter Hagā Comitris & Delphos. In eo nata est hæc Gertrudis parentib. rari- colis, atq; ab iisdē simpliciter educata. Vbi autē non nihil adoleuit, cœpit nō solum apud Deū, sed etiā apud homines singularis in ea prudētia elucere. Ve- nit igitur Delphos, seruitura illic, vbi posset propter inopiā. Nulla tūcin ea vrbe erāt monasteria, sed solum templa duo, quorū vnum erat parocēia, in quo tria tū alta- ria inerant: alterum domus hospitalis pauperū, in qua altare erat propter agros. Multe quoque domus vacuē habitatorib. tum illic cernebātur: at tamen sēptis dieb. multis vtriusq; sexūs hominibus eō confluentibus, non ob audiendā concionem, sed ob ducendas choreas, hæc Christi ancilla tam piē & religiosē in hospitij serui- bat, adeoq; vitæ internæ dedita fuit, vt haud rarō non minorē in illis turbis fenserit diuinæ bonitatis suauitatē, quā postea inter Beghinās degens. Sed hanc gratiā illa cautē celauit, nec quisquam eam cognitā habuit, donēc cum Beghinis habitans eā honestē cuidam personæ reuelaret, ex ea percunctanti, vt se inter illos hominū stre- pitus gessisset. Itā igitur auimus virginis in seculo procul à rebus secularibus & tem- porarijs separatus, Deo intendebat: sicq; fiebat, vt mente placida, hilaris facie, humi- lis corde cunctis grata esset & amabilis. Quod autem ab Oesten cognominatur, id accidit ex carmine quodam, cui id nominis insertum erat. Quod illa quidem ceci- nit, sed spiritu referebat ad dilectum suum Dominum Iesum Christum.

Cap. 2.

Per id tempus duæ ancillæ, Lielta & Dieuera, crebrō ad eam venientes, idem carmen cum illa concinebant in pontibus vrbis, vel alijs locis opportunis. Sed eæ postea, vt & Gertrudis, à vana seculi conuersatione ad Dominum sunt conuersæ, & Dieuera Gertrudi in Beghinagio, vt vocant, cohabitauit: quod quidem hac occa- sione accidit. Quo tempore Gertrudis diligentem nauabat operam ijs, qui ad hospiti- ria veniebant, animo quidem constituit soli seruire Deo, & vni placere sponso ca- lesti: sed interim tamen prius experta est mundi fallaciam, contempta à sponso ter- reno. Fuerat enim desponsata cuidam adolescenti, qui despexit eam, & alteri se iungere voluit. Eam verō admonuit Gertrudis, nē suum sibi sponsum præriperet: sed id frustra fuit. nupsit enim illa adolescenti. Cernens igitur Gertrudis tam falla- cem huius mundi fidem, decreuit integram se Domino conseruare, cuius est con- stans fides, vt potē Regis cælestis & immortalis. Indē succedente tempore cum alte- ra illa ex sponso Gertrudis aliquot cœpisset proles, postquam ad partum ventum est, vltra modum cruciabatur parturiens, nec prius vel dolore, vel partu absolui po- tuit, quā à Gertrude petijisset veniam: qua pro illa illa misera orante, tandem li- berabatur.

Cap. 3.

Fit Beghi-
 na Gertru-
 dis.

Insignisci-
 contrito.

Porrō Gertrudis omnibus huius mundi curis exonerari volens, vt absque impe- dimento vacaret sponso cælesti, Domino Iesu Christo, qui hætenus corporis eius integritatem seruauerat, admitti se petijt in Beghinagium Delphense: quodq; hu- militer & ardētī desiderio petijt, etiā impetrauit. Admissā igitur à Beghinis, cum multa deuotione & summo studio totam se Christo obtulit, dabatque operam, vt esset humilis sermone, factis, habitu & tota conuersatione, patienterq; ferret, quic- quid molestiæ accideret, irā & Deo & hominibus amabilem se exhibens. Crebrō confitebatur peccata sua Deo & sacerdoti cum lachrymis, atque in ipso conuersio- nis

SURIUS

aber
 aber
 RVIII
 5

DE GERTRVDE AB OESTEN VIRGINE.

nis suæ exordio diebus & noctibus quatuordecim, lachrymari non destitit. Itaque tum peccatorum suorum se veniam impetrâsse diuina reuelatione cognouit. Toto autem illo Iudæus tempore, quo lachrymæ eius factæ illi erant panes die ac nocte, si quid alimenti corporei percepit, id quidem exiguum fuit, nec tamen absque lachrymis & planctu id sumpsit. Deinde verò vitam viuens immaculatam, in semita mandatorum Dei contendeat progredi, & pro viribus nihil eorum negligere, quæ sciret grata esse sponso suo. Ita fiebat, vt magis magisque proficeret in vera humilitate, voluntaria paupertate, in amore Dei, in suis ipsius & omnium rerum labentium contempnu, alijsque virtutibus, quibus pro suo iudicio placere posset Christo, & ab eo impetrare veniam, gratiam & gloriam.

In conuersionis suæ initio victum sibi emendicabat, quippe pauper & inops: sed in hoc ipso delectabatur amore illius, qui cum diues esset, propter nos egenus factus est. Si ab aliquo inuitata esset ad sumendum cibum, cum gratiarum actione eum percipiebat cibum, quem mendicando sibi parauerat. Non raro tum ancillas, tum alios quoscumque admonebat, vt vitam moresque corrigerent. Sciscitantibus autem ancillis, vnde alimenta compararent, illa breuissimè respondit: Ancillis Deo seruire cupientibus, sufficit, si fusos torqueant, & bona sint prædite voluntate. Inuitata aliquandò à matrona Aleide Vuillemanni, vt ederet apud ipsam, per posticum ingressa, sedit in mobilis in cæspitibus, mentis excessum patiens. Quod cum aduerterent, qui illam nõ rant, eam inturbare noluerunt. Sæpius intra cubiculi suum ad sex vel eo amplius hærebat hebdomadas, Deo intenta, qui tum ei manifestabat occulta sapientiæ suæ. Deinde è cubiculo exiens, comedit panem mucidum aut induratum, pro potu autem hausit coagulatum, vel alium liquorem. Sexennio toto de necessario sibi somno subtraxit: quo spatio multas demonis tentationes & molestias pertulit: corripientis brachia eius vel manicas cum fremitu quodam, eique pelliceam vestem detrahere cupientis. Sub his vexationibus illa sæpe dicebat, Apage miser satan: vel etiam obieciebat ei è sublimi cælo ruinam in tartarum. Quod ille ferre non sustinens, crebrò illam è locis alijs ad alia transtulit, nonnunquam in aera sustulit, sed illam depositam, Christo non ferente, vt ei noceret malignus. Post tentationes illa in Domino exultabat, sciens beatum, qui suffert tentationem: quòd post probationem, si sit inuentus fidelis, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se: sciens etiam non coronandum, nisi qui legitime certauerit. Amabat verò pueros & infantes: idque non ignorans cacodæmon, transfigurabat se identidem, non in angelum lucis, sed in formam pueri plangentis & lugentis, vt sic virginis animum à rebus diuinis auocaret. Sed illa id non ignorans, aiebat ei: Abscede maligne demon: non es tu ille, quem diligit anima mea.

Solebat illa quotidie exercere se in vita & passione Christi meditanda & commemoranda: sed interim tamen accommodabat se temporibus itemque officijs Ecclesiasticis. Itaque in Aduentu Domini animo voluebat antiquorum patrum ardentissima desideria, mirabaturque incredibilem Dei erga nos beneuolentiam, quòd voluerit venire ad nos, & ex virgine nasci: immò etiam quotidie venire in animas nostras, & mansionem sibi in illis facere, modò sermones eius seruumus, & fidelem ei exhibeamus seruitutem. Cogitabat etiam beneficia ipsi speciatim diuinitus collata grauitò quòd à Christo in sponsam & filiam delecta esset. Atque pro his omnibus ingentes Deo gratias agebat, & admirans lætabatur. In Christi natiuitate versabat animo eius summam humilitatem, extremam paupertatem & id genus alia: quorum cogitatio maximam ei afferebat mentis dulcedinem, excitabatque ad laudandum Deum & gratias medullitis agendas. Contigit quandoque, ea in eiusmodi meditationibus cum multa cordis deuotione & suauitate versantè, seque paruulo Iesu oblectante, vt eius virginea vbera tumescerent, lacteque manarent quotidie à Christi die natali vsque ad Purificationis festum.

Erat in Delphensi Beghinagio etiam Lielta illa, cuius supra meminimus, virgo Deo deuota. Ea plena spiritu sancto prædixit Gertrudi, anno elapso fore, vt vulnere Christi eius manibus, pedibus & lateri imprimerentur. Sed illa vere humilis, tanta se gratia indignam censens, sic respondit: Vnde hoc mihi, vt tanto Dei munere afficiar? Agnosco me magnam peccatricem, & omni virtute vacuam. Itaque

Cap. 4.
Vidit sibi
emendicat.
2. Cor. 9.

Miræ eius
contempla
tiones.

Dæmon eam
impugnat.

Iacob. 1.

2. Tim. 2.

Cap. 5.
Exercitia
eius.

Iohan. 14.

Rarum mi
raculum.

Cap. 6.
Prophetia
Lieltæ vir
ginis,

oro

Diuinitus
ei impi-
mūtur vul-
nera Chri-
sti.

oro te, soror mea, nē eiusmodi sermonibus occupes os tuum & aures meas. Sum iam tot affecta Dei beneficijs, vt ei nunquā possim pro dignitate gratias agere. Attamen anno euoluto, nocte Parasceues aduentante, cū se Gertrudis in cubiculo suo coram Crucifixi imagine corde attentissimo prostrauisset, & prolixius orans, immensam illam Christi charitatem cogitaret, qua voluit propter nos crucifixum delictissimumque Crucis perferre supplicium: totisque viribus eum laudaret, ei que gratias ageret, mirifica animi deuotione & pietate perfusa: singulari eaque stupenda gratia in manibus & pedibus & latere sibi sensit vulnere Christi notas siue stigmata impressa. A diuina igitur contemplatione ad se reuersa, in clamauit voce magna Dieu uera beghinam: Veni, & vide, inquit, quantum gratiam prestitit Deus mihi indigna, non meritis meis, sed abundantanti benignitate sua. Aduolat Dieu uera, uidet & obstupescit, Deum laudat & predicat. Neque solum illa nocte, sed etiam clara iam die, atque deinceps diebus non paucis, vt minimum usque ad Ascensionem Domini, ex illis vulneribus profudit sanguis gratissimi coloris, idque quotidie septies ad singulas horas Canonicas. Eum uero sanguinem exceperit Gertrudis lenteolis, in eum usum ab ipsa preparatis. Non potuit autem tam insigni miraculum latere diu. Itaque non solum Delphenses, sed

Nō fert ho-
minum cō-
cursus vir-
go Deo de-
dita.

& vicini circūquaque aduolauerunt, rei uisendae ualde cupidi: uerum id Gertrudis molestum fuit, quod illi hominum concursus nimium impedirent eam a spiritalibus exercitijs & pijs meditationibus, quibus rapiebatur in Deum, & mentis excessum patiebatur. Sciens igitur omni homini necessarium esse timorem Dei, & nisi contineat se quisque in timore Dei, cito subuersum iri domum illius, domum, inquam, conscientiae, idque uel à carne propria, uel à mundo, uel à satana: simulque reformidans, ne forte placeret sibi, & hoc ipso Deo iam displiceret: necnon animaduertens turbas ipsam uisitantium medium quoddam inter Deum & ipsam efficere, sic Dominum deprecata est: Si placet tibi, bone Iesu, oro ut haec uulnerum stigmata aboleantur in corpore meo, nē forte separare à te si incipiam in deplacere mihi, aut alijs inimici infidijs appetar. Exaudiuit uero eam Dominus, ita ut sanguis quidem ex uulneribus non maneret, sed tamen uulnerum nota remaneret usque ad supremum eius uitae diem.

Precib' ob-
tinēt, ne flu-
at sanguis
ex uulneri-
bus eius.

Cap. 7.

At uero postea circa cor ex omni parte magnos sensit dolores. Cogebar enim iam carere suauitate illa, quam senserat cum sanguis ex eius uulneribus efflueret. Magno igitur coepit ardere desiderio illa uulnera recuperandi, prorupitque in eiusmodi uoces: O si mihi dulcissimus sponsus meus Iesus Christus uelit restituere uulnera sua. O si contingat mihi cruenta eius uulnera uisibiliter ferre in corpore meo, non rogabo, ut ea tollat à me. Mallem enim in sublimi loco ab omnibus conspicienda reponi, ut cuncti ea uulnera cernerent, & praeotentem Deum colaudarent. Acceperat autem haec uulnera Gertrudis anno millesimo trecentesimo quadagesimo, ut iam supra dictum est, & postea annis fere decem & octo superuixit, sed imbecillo corpore: ita ut templum aditura, bis terue in itinere quiescere cogeretur. Etsi autem corpulenta erat, at tamen in cibo potuque sumendo parca fuit. Accidit, ut quodam tempore ualde euperet edere caseum cum pane: & ecce Deus permouet rusticum quendam, qui sumpto pane & caseo, iuit Delphos, nesciens quod ea ferret. Sed cum uenisset iuxta Beghinagium, Gertrudis in spiritu id cognoscens, licet hominem non nosset, nec ei cognita esset, acciuit Dieu ueram, dixitque ut panem & caseum à rustico acciperet. Exit illa continuo, cernit ad fores Beghinagij hominem ferentem caseum & panem, aitque ille: Amice, noueris te iam cōperuissse, quod Deo uolente tendebas. Confestim rusticus tradit ei caseum & panem, & abscedit. Gertrudis autem comedit ex illo pane & caseo, gratias agens Deo.

Cibi & potus par-
monia.

Cap. 8.
Claret pro-
phetiae spi-
ritu.

Habuit uero Gertrudis etiam prophetiae donum. Anno salutis millesimo trecentesimo, quinquagesimo primo Imperatrix cum filio suo duce Vuilhelmo in Mosam praedium commisit. Sentiens autem Gertrudis in spiritu periculum, quod tum imminebat, (Erat uero per id tempus cum sororibus in urbis templo) toto corpore se prosternens, hortabatur sorores ut orarent: Iam enim, inquit, praedium ad Mosam committitur, & orandi tempus est. Paulo post commissio praedio, ait ad beghinas: Laudemus Dominum, sorores meae: nostris enim cessit uictoria. Beghinæ quaedam conuersa, quodam tempore in templo cum mul-

SURIUS

q. ber
nober

RVIII

5

DE GERTRUDE AB OESTEN VIRGINE.

multa contritione lugebant peccata sua. Nouerat hoc Gertrudis in spiritu, easque domum reuertentes hunc in modum consolata est: Etsi, sorores meæ, mala vita vestra Dominum grauiter offendistis, sed peccata vestra lachrymis diluire, & ad breue tempus nunc vos detis angoribus. Ego verbis omnipotētis Dei affirmo vobis, nunquā vos damnatum iri. Sedens quandoquē in cubiculo suo, sensit comune patriæ impendere exitium ex nimia Rheni inundatione. Itaque cum beghinis ad Dominum deprecandum se conferens, crucis in modum humi prostrata, periculum illud auerit. Venit quandoquē ad eam visendam foemina quædam, Elizabeth nomine, quæ alioqui frequenter eam adire consueuerat, vestibus cultioribus induta, & vita ac moribus secularis. Ei ergo sciscitanti, quo pacto posset eorum obtinere regnum, sic Gertrudis respondit: Crede mihi, veniet ille dies, quando & tu mundo crux eris, & ille tibi. Nec sefellit, postea vsque ad eam paralyti diuexata, vt claudicans & scipionibus innixa incederet.

Cōsolatur
sorores po-
nitentes.

Nouerat illa etiam occulta post futura, vti eius cōfessarius dominus Nicolaus Hondepilius re ipsa expertus est. Erat is sacerdos singulari pietate, veteris ecclesiæ sacellanus, adeo paupertatis amans, vt cum esset extra notos & cognatos, ostium panis fragmenta emendicaret: dignus planè, cuius consilijs & institutione Gertrudis ad virtutes capeffendas informaretur. Cum igitur aliquando cum ipsa virgine Gertrude loqueretur de magistro Theodorico de Renen, per id tempus hostibus recōciliato, sub finem sermonis Gertrudis ait, eum ab hostibus trucidatum iri. Admirante domino Nicolao, & dicente eum cum hostibus in gratiam reductum, illa repetijt, sic omnino futurum esse, idque propediem. Et ecce Theodoricus paulò post extra portas vrbs Delphensis egrediens, hostium insidijs interceptus, tantaque immanitate ab illis perimitur, vt membra eius collecta in sportulis domum relata sint. Quod vbi comperit Nicolaus, deinceps maiori in precio habuit, quæ a Gertrude dicerentur. Volebat ille postea in Delphensi oppido domum sibi comparare, sed cum id Gertrudi indicasset, illa dissuasit, dicens fore, vt breui vili precio domos venales offenderet. Id quod factum est, cum postea ea vrbs oblidione premeretur: quo quidem tempore virgo Gertrudis iam excefferat è viujs. Aleidis Vuillemani, matrona nobilis, cuius supra mentio habita est, valde metuens extremum illud horrendumque Christi iudicium, poenasque sempiternas, sæpè veniebat ad Gertrudem, orabatque vt precibus suis impetraret ipsi à Domino gratiam, & ne cum impijs damnaretur. Ea ipsa aliquādo ingressa est cubiculum vbi Gertrudis erat in contemplatione suspensa: cumque tandem ad se redisset magna voce ait ad Aleidem: En ego tibi affirmo per Dei gratiam & misericordiam, te ab æterna damnatione immunem fore. Quibus verbis Aleidis nō immeritò magna se sensit consolatione affectam, egitque gratias Deo pro singulari eius misericordia. Petijt autem eius maritus idem sibi quoque diuinitus impetrari, sed Gertrudis sapienter respondit, se id promittere ei non posse, nisi prius diuina reuelatione esset edocta.

Cap. 9.
Nicolai Hō-
depilij laus

Predicit eg-
dem cuius-
dam.

Delphi obi-
sidentur

Predicit
cuidā Ger-
trudis, quæ
non sit dā-
nanda.

Cum iam annos non paucos inter Beghinas egisset Gertrudis in seruire & vite duritia atque seueritate haud vulgari, ad eam peruenit diem, qua erat itura ad sponsum cælestem, de quo solebat & loqui suauiter, & piè meditari, & etiam canere dulciter. Itaque sacrosanctis Christi munita mysterijs, ad beghinas ait: Sorores meæ, ego domum proficiscor. Illis existimantibus præ morbi dolore sic eam loqui, dicentibusque ipsam domi esse, rursus ait sana mente: Nequaquam sum domi, sed illic volo esse, vbi plateæ sternuntur auro mundo. His dictis, paulò post spiritum suum Deo commendans, in pace obdormiuit, videbanturque in manibus eius defunctæ tanquam eburnei digiti. Obijt anno à Christo nato millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo, ipso sancto Epiphaniæ die, humatumque est corpus eius extra ostium turris antiqæ Delphensis ecclesiæ, parte ea quæ vergit ad Austrum, nondum enim habebant tum Beghinæ Delphenses proprium templum atque cœmeterium. Ea tempestate, & multis deinceps annis in eodem Beghinagio multa fuere foeminae admiranda pietate & deuotione, quæ ex hac vita abiere feliciter, virtutum amictæ varietate. In ijs fuit alia quædam Gertrudis, in conuentuali, vt vocant, domo habitans, puritatis & humilitatis valde studiosa. Quæ cum diem clausisset extremum, mox in Flandria apparuit monacho cuidam, duobus angelis vtrinque eam comitantibus: è quibus percontabatur is monachus

Cap. 10.

Obdormit
in domine

Alla quæ-
dam Ger-
trudis, be-
ghina Del-
phensis

chus

chus, quò illam monacham deducerent. Responderunt illi, non se monacham ducere, sed beghinam Delphensem. Monachus verò diligenter annotans horam illam, venit Delphos, putans eam fuisse sororem suam, quæ in eo debebat Beghinagio piè & religiosè. Sed cum sororè suam viuam cernebat, comperit aliam sibi apparuisse. Præstet nobis Christus virginum sponfus, vt in sanctorum eius numeru ad scribi digni simus, Amen.

VITA BREVIS S. MELANII REDONENSIS
EPISCOPI, EX D. GREGORII TVRONEN. DE
gloria Confessorum cap. 55.

6 Ianuarij



MELANIVS autem Redonicæ vrbs Episcopus, post innumerabilium signa virtutum iugiter intentus celo, emicuit seculo: super cuius sepulcrum mira Christiani fabricam celsitudine leuauerunt. Sed in stinctu maligni, qui semper bonis aduersatur opibus, quodam tempore ab igne comprehenditur. Palla verò erat lignea, quæ sanctum Confessoris tegebat sepulcrum. Illic igitur vbi tignorum congeries flamma dominante truncatur, ruunt tegulae cum lignis, & reliquo tecti apparatu, vna quæ è trabibus summatato capite impetu ruine præpulta, super tumulum sancti ruit. Quæ non modò succedere pallam, verum etiam conterere inter se & lapidem sepulchri poterant. Ruit insuper & immensa multitudo carbonum. Alia quoque vela, quæ vel parietibus, vel ostijs dependebant, ad primum flammæ flatum exusta sunt. Hæc verò palla non solum non vsta, verum etiam nec in superficie ab igne dedecorata est. Igitur expleto incendio, ingrediuntur populi cum eiu latu magno, & vsque ad sepulcrum Antistitis properant, inter stetus & lachrymas noua gaudia percepturi. Remouent à tumulo ligna cum flammis, apprehensum, quæ tumuli velum, excussis prunis, mirantur omnes illæsum.

S. Melanij sepulcrum ab igne non leditur.

SURIUS

qber
uober
RVIII
5

VITA GODEFRIDI COMITIS CAP-
PENBERGENSIS, NECDVM QVOD SCIAM IN SANC.

tos Relati, à quodam monacho Præmonstratensi eius contemporaneo edita, sed per nos mutato stylo nonnihil contracta. Videat Lector de eodem Comite in vita S. Nortberti, quæ est 3.

Tomo 6. Iulij, cap. 30.



EMPORIBUS beati Ludgeri primi Episcopi Monasterij, & Caroli Magni Regis, mons, quem Germani Cappenberg vocant, inhabitabatur: sed quòd aliquandò in monasterium mutandus esset, longè ante diuinitus reuelatum est. Itaque anno Christi millesimo centesimo vicesimo secundo castrum Cappenbergense monasterium effectum est: atque ab eo tempore multi è fratribus nostris diuersis in locis Episcopi, Abbates, Præpositri, Prælati instituti sunt, non sine Ecclesiarum, quibus præfuere, in bonis temporarijs incremento. Episcopi è nostra Ecclesia assumpti, hi sunt: Nortbertus Magdeburgensis Archiepiscopus, Euermodus & Isfridus Raceburgenses Episcopi, Vualonus Havelbergensis & Vuitgerus Brandeburgensis Episcopi, Flogerus Sagientis in Polonia præsul. Quod quidem cum nos Comitum nostrorum Godefridi & Othonis, quorum sæpè in angustijs experti sumus opem, meritis factum existimemus, vitam eorum partim annotare voluimus, vt ea & nobis rectè viuendi exempla suppeditet, & alios ad similia inuiter.

Sanctoru vitam bene viuendi exempli suppeditant.



GOMITES nobilissimi Godefridus & Orho, fundatores cenobij nostri, à regia feruntur stirpe traxisse originem. Patrem habuere Godefridum, in Vuestphalia natum: matrem Beatricem, natione Sueuam. Auus eis fuit Hermannus Comes, cui coniunx erat admodum religiosa, Gerbergis ab Hunenberg. Ipse verò Hermannus Dei fuit cultor eximius, & in præstâdis eleemosynis valdè liberalis. Sustentabatur ab eo pauper quidam. Is sibi diuinitus ait indicatum, fore vt visum reciperet, si aquâ suis admoueret oculis.

qua Comes rictu manus suas abluisset, manus. Accepit aquam, ad mouit oculis, & confestim ab oculis caligo depulsa est. Tanti viri nepos fuit Godefridus noster, vir summa mâsuetudine, singulari comitate & gratia, multa benignitate, sermone facundus, consilio prudens, in militia strenuus, sed militandi Regi immortalis, & cum illo ferendæ Crucis cupientissimus. Cum aliquandò suos videret aliena diripere, & prædas agere, sic Dominum deprecatus est: Obsecro immensam bonitatem tuam, bone Iesu, vt me è medio iniquitatis huius eripias, & in die iudicij paratû & immaculatum me tibi exhibeas. Scio enim, æquissimè iudex, in meû redundare culpam, quicquid à meis delinquitur, & si quid à me dissimulatû erit, te id seueriter vindicaturum.

Cum adhuc singulari tegetetur habitu, bellû ei fecere ciues Monasterienses. Itaque quidam ex ministris eius cum multis alijs multa pecora abegit, & cum illa præda, ante in porta Comite, gloriabundus aduentabat. Sed vir pius, iustitiâ tenax, vbi cognouit quid actum ab illo esset, animo commotus, ait ad seruos suos: Ite ad nequam illum raptorem, dicite quæ illi ne sit ausus vnquam in meum venire conspectum, nisi prius satisfaciat eis, quos præter ius fasque læsit, restituatque prædam inuicem. Etsi enim ciues Monasterienses in præsens nobis, fortassis non absque culpa nostra, infesti sunt, non tamen debuit temerarius ille homines ruricolos & innocentes sub nostri nominis prætextu vexare & affligere. Hæc postquam ille resciauit, valdè territus, singulis quibusque res ablatas anxie restituit.

Erat autem Comiti Godefrido frater Orho, ipso iunior, sed instar leonis sæuiss. Eum Godefridus ad idem sanctitatis propositum induxit: eiusque coniugem prorsus renitentem (quæ vnica fuit filia Comiti Friderico de Arnesberg, per quam totam illius ditionem, quod sola esset hæres, si mansisset in mundo, adepturus erat) salutariibus adhortationibus eò permouit, vt sacrû velamè accepit. Porro castrû suum Cappenberg & omnia sua ipsis ferijs S. Petronillæ virginis, Deo obtulit, in vsus pauperû Christi celsura: præterq; plura monacharum cœnobia, ab ipso constructa, tria monachorû monasteria, in Cappenbergo, in * Varbar & in Eluenstat condidit: in quibus voluit monachis esu carniû interdictû. Sed propter hæc ministri eius mire cum conuicijs prosciderunt, cogebaturq; audire ab illis, ipsum è potestate exiisse & mente captum esse, quod auscultaret impostori illi & fallacioso Nortberto: quo suadente, tam sublimem mundi huius gloriâ stultè cõtemneret, ipsosq; miserè desertitos relinqueret. Verum ijs inter alia etiam ita dicere solebat: Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem. Etsi autè à suis ea quæ diximus, ijsq; cõsimilia ferret, at tamen principes eius facta admirantes, summè eum venerabantur. Et ipse Imperator Henricus, consanguineus eius, ad quem ante conuersionem cum magno comitatu venire solebat: sed à conuersione, cum posceret fratrum vtilitas, pauper & capillis deformis cum paucis se conferre nõ erubescibat, simulatque in conspectu suum venit, omnibusque in manu erant, reiectis, cum humanissimè accepit, in eiusq; complexum ruens, sic exclamauit: Gratias ingentes ago Deo, cognate charissime, quod te hodiè mihi videre licuit. nec enim hac die talis, & tam singularis viri me conspectu fruiturum existimaui.

At verò Fridericus Comes Arnsbergius, homo profanus & avaritiæ cestro percitus, valde infremuit, & arte veteratoria vsus, ait filiâ suam astutè in fraudem impulsam, & iustæ hæreditatis porcione malo dolo priuatâ. Atq; sub hoc prætextu multis iniurijs beatum virum affecit, multasque ei irrogauit contumelias: aitque Cappenbergenfi castro, quod filiæ suæ dotem asserbat, cuique totius Vuestphaliæ regio paruerat, eam ipsam filiam suam priuari non debere. Ea tempestate principum & nobilium conuentus fuit Traiecti apud Henricum Imperatorem. Erat ibi etiam

Januarij 3
Cap. 1.
Beati Godefridi parentes.

Cæcus videt.

Timor Dei in eo quantus.

Cap. 2.

In iustitiâ que redit vnici que quod suum est.

Cap. 3.

Multa condidit monasteria. * Varlar

Iohan. 14.

Vt ab Imperatore exceptus sit.

Cap. 4.

Multis iniurijs afficitur ab æmulo.

14. etiam Fridericus Comes Arnebergius. Aderat etiam quidam Suevica princeps, qui se simulans prorsus non nosse Comitem Fridericum, in illo procerum consensu falsè admodum perstrinxit illum, ita dicens: Celebri apud nos sermone vulgatum est insigne præpotētis Dei beneficium, duos Cappenbergenses Comites, diuina inspiratione compunctos, omnia sua, immò verò etiam seipfos Deo obtulisse. Quos ego viros planè felices dixerim, vt qui nostris temporibus eximium sanctitatis & voluntariæ paupertatis de se exemplum præbeant. Sed interim, proh nefas, quidam vicinus, satanæ administer, Fridericus Comes Arnebergius tam præclarum facinus, vt aiunt, impedire conatur, & cupiditatis atra nube cecatus, ipsi Deo, quod nemo Christianus ambigit, bellum facere, non veretur. Quòd si verò sceleratus ille aduersus Deum præualuerit, equidem fateor, me non admodum libenter illi deinceps seruiturum, vt qui tantam sui nominis iniuriam ferre sustinuerit. Hac cum princeps ille irridiculè diceret, Comes Fridericus incredibili pudore affectus, oculos huc illucque vertebat. Neque enim vel principis illius vultum ferre poterat, neque in illo conuentu, conscientiæ stimulis cum exagitantibus, vel mutire ausus fuit. Erat autem Fridericus ille homo crudelis, semper apud se multos detinens captiuos, vinculis & carceribus implicatos, quibus tamen nec in extremis, quantuncunquè alijs deprecantibus, parcere voluit: nec ea, quam diximus, ignominia permoueri potuit, vt se corrigeret. Nam & ipsi patri Norberto comminatus est, si posset eum comprehendere, vnà cum alino ipseus se eum suspensurum, visurum vter maiori pondere sit. Omnes etiam fratres, nunc intentando minas, nunc ad eorum fines cum militari manu accedendo vsque adeò nonnunquam exterruit, vt cum patre Norberto & Godefrido vno animo tanquam oues ad eadem excipiendam suas pararent ceruices, cum prius inuicem confessi essent peccata sua, portisque vltro apertis, martyrium & indubitanter & alacriter expectarent. Sed cum Deus omnipotens, non quidem voluntate mutata, sed tamen re infecta, & omni conatu frustratum, qua venerat via redire compulit. Eius mentum quandoque vir Dei Godefridus in magna hominum frequentia, multis vltro citroque habitis sermonibus, apprehendit, aitque illi: Cur adeò caducis & vilius hisce rebus inhias miser? Velis nolis, iam tempus adueniat, quo in puluerem redigeris. Idem autem vir Dei pro Christo mori iuctidissimum putabat, dicebatque: Quem admodum scopæ, multo vsu detrita, tandem in ignem iniiciuntur: ita ego cupio corpus meum Christi seruitio confectum & exhaustum, vexationum & afflictionum igne demum consumi.

Eius amulus Fridericus Comes egregiè confunditur & irridetur.

Crudelitas Friderici Comitis quanta.

Prædicitur beatus Godefridus suam celere mortem.

Cap. 5.

Iusta Dei vitio in raprorem iniquum.

Cap. 6.

Stabilitas viri sancti & constantia quanta.

Elemosynarum eius.

Cum autem impius ille Fridericus, vt erat à viro Dei prædictum, celere sequè dignū vitæ exitum habuisset, (Quidam enim frater priusquam nunciata esset mors eius, in visu adspexit eum ab immani quodam leone denotari) Francus quidam impurus coniugem beati Godefridi, que iam sacrum velamen acceperat, dæmone inestigante rapuit. Occurrit autem ei vir Dei prorsus inermis, repetens vxorem suam. Ille verò correpto gladio occidere eum voluit. Cernens id vir beatus, tanquam agnus tacitus ceruicem ei protinus obiecit: sed nequam homo terrore fractus, ferrire non potuit. Tandem vir Dei coniugem, post multos eius reducendæ causa exantlatos labores, cella restituit, & Francus ille non diu post lancea confossus perijt. Sparsus autem hac occasione rumor est, & ad Mosam vsque perlatas, Godefridum poenitere accepti monastici habitus: itaque & vitam monasticam & fratres deseruissè, vxorem que repetiisse suam.

In assumptæ beatissimæ Virginis solennitate, quando monasterij nostri ambitus consecratus est, quis satis explicare queat, quos tentationum impetus, quos fluctus quasve tempestates pertulerit, alijs atque alijs in diuersa eum trahentibus, mira que improbitate ei persuadere conantibus, nè tam præclarum & egregium locum desereret: ipso etiam antistite, ea quæ carnis sunt sapiente, & pro castro illo alium locum ei offerente? Sed ille nec terroribus frangi, nec vlla tempestate everti poruit: aitque constanter: Nulla ego deinceps ratione feram, vt in hoc castro mundanæ vanitati seruiatur. Itaque si quadruplò plura offeratis, quam valeat hoc castrum, nunquam ego patiar illud negocijs mundi huius occupari. Centum & quinque ministros suos cum eorum vxoribus & liberis magnis affectos beneficijs cum alijs egregijs muneribus Monasteriensi donauit Ecclesiæ: præter alia multa, quæ Ecclesiæ Colonienfi alijsve locis, prout eorum prouisores petière, elargitus est. Postquam

SURIUS

aber
Nover
RVIII
5

DE GODEFRIDO COMITE CAPPENBERGENSI. 15

Postquam autem ab eiusmodi molestis infestationibus data illi pax est & tranquillitas, licuitque in monasterio quiete & pacifice vitam degere, quam tum ille purgatissimis vixit moribus: equidem sancte affirmare ausim, nullius id hominis sermo posse explicari. Mira eius erat abstinentia, ita ut crebro non nisi pane & aqua victiraret. Cumque mensa cum alijs assideret, aut in preces incumberet, aut Dei verbum audiret, ob desiderium æternorum, vberim ab eius oculis manabant riui lachrymarum. Studebat in omnibus appetere contemptum sui. Indigna quæque & extrema seruitia nunquam fastidiuit, etiam ad vilissima paratus. Oblatam à fratribus venerationem humiliter vitauit: leprosos, aut morbosos, aut alios quosuis non contempsit: immò de cuiusdam ægroti sordidissimo vase potum hausit. Tantum verò ei charitatis & eleemosynæ studium fuit, ut domum hospitalem suis impendijs construxerit, atque in ea pedes pauperum abluerit, nummos & eleemosynam distribuerit. Erga omnes paterna quadam animi beneuolentia ferebatur, Comitemque se appellari tulit molestissimè, haud secus atque virus quoddam Comitum nomen refugiens. Inimicos omnes dilexit propter DEVM, obrectatorum linguas maledicas tulit patientissimè, ipsamque Comitem Fridericum cum magno putore animam exhalantem ita planxit, ut David Absolonem filium suum, fundatus enim erat supra firmam pe-

Cap. 7.
In monasterio vixit.

Humanitas eius in pauperes.

2. Reg. 18.
Matth. 7.

Cap. 8.

Vt suos cõfratres exhortatus fuerit.

S. Norbertus à Bernardo celestis fistula nuncupatur.
Cap. 9.

Nõ ferretur à Godefrido præsentia demõ.

Cap. 10.
Gen. 12.

Obedientia eius quãta.

Ordo Praemonstratè vnde dicitur.

tram. Cum fratres quidam remissi ac tepidi de rigore monasticæ disciplinæ & vitæ paululum relaxando suggererent, ille spiritu Dei plenus sic respondit: Qui ingenitum fluitium nauis transmittere volunt, longè supra illum locum, quem è regione alterius ripæ attingere cupiunt, nauim soluunt propter impetum fluminis, semper eam secum ad inferiora rapientis. Ità ergò & nos fratres, qui hoc mare magnum trajcere contendimus, in quo sunt reptilia, quorum non est numerus, semper debemus confirmare animum & ascendendum nitendumque superius. semper enim humana imbecillitas & quidam negligentia torpor ad descendendum propensior est: multumque vereor (Qui enim spernit modica, paulatim defluit) nè in posterum Ordo noster sensim descendendo, ad teporem pristinum relabatur. Tanta illi inerat facultas & gratia exhortandi, ut pater Norbertus de illo gratulabundus diceret: Postquam ego in prædicationis cursu delassatus substitero, Godefridum filium meum loco meo, ut solent cerui, excitabo. Ceruus enim aiunt, cum se sentiunt supra vires instantia venatorum exagitari, alios pro se excitare ceruos. Hunc patrem Norbertum, ut id obiter dicamus, beatus Bernardus Abbas ob prædicationis suauitatem, cælestem fistulam appellat.

Vir quidam magnæ sanctitatis & grauitatis eo anno, quo nostrum institutum complexus est, multas hostis maligni, easque infestas sensit tentationes, nequissimo demone eius humeris insidente, & ab omni deuotione eum perpetuò retardare conante. Cumque orando se coram altari prosterneret, diuinam imploraturus opem, non raro vidit demonem deformi habitu & vultu terribimo. Cum sic autem affligeretur, beati Godefridi præsentiam exoptans, ad eum se conferebat. Illo verò conspecto, mox ab eo fugit demõ, mirumque sensit tum corporis, tum animi refrigerium. Quòd si Comitem illum videre non posset, simulatque audiuit vocem eius, eandem persentiebat gratiam. Nouerat autem sanctus Comes ex diuina reuelatione, nullo mortalium id ei indicante, quandò ille frater eiusmodi molestijs afficeretur. Itaque solebat crebro illum tum inuisere, & anno illo sic decertantem egregiè consolando corroborare.

Denique ut cum summo Patriarcha non desset illi obedientiæ meritum, dictum est ei à patre Norberto: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. Quod quidem ille cum multa alacritate facere non distulit: abiturusque cum Othone fratre suo, Si quid inquit, mi frater, hætenus reliquum fuit, cui necdum perfecte nuncium remisimus, id iam totum in Christi nomine abijciamus, & ad obedientiæ iter impigri nos accingamus. Tandem venit ad locum, reuerà à Domino, iuxta nomen suum, Praemonstratum, vbi noster Ordo sumpsit exordium: atque illic cum fratre suo acolythus ordinatus est, & ambo sanè angelicæ vitæ suæ exemplis plurimos roborârunt. Studebant enim humilitate fratres omnes anteuertere, quemadmodum etiam mundi huius claritudine & dignitate antecelabant.

Cap. 11.

Cupit disci
folui & ef-
seci Chri-
sto.

Infirmi-
tar.

Porro autem vir Dei Godefridus incredibili ad Christum proficiscendi & ex hac vita emigrandi flagrabat desiderio. Sape enim focijs eius in itinere quiescentibus, uti solet funus componi, dum celebrantur exequia, sic ipse supinus iacens, manus & brachia componebat, magno cordis clamore dicens ad Dominum: O vniua veniat hora illa, qua hinc discessuri sumus. Vtinam illi horæ me præparare digneris Domine Deus meus. Nec Deus distulit preces eius, sed mature eum è medio iniquitatis eduxit. Cum enim annum vnum egisset Præmonstrati, à Nortberto iā Magdeburgensi Archiepiscopo reuocatus est. Quod autem mundi pompam & strepitum ægrè ferret, Dominus eum ad illa cælestia euocaturus præmia, lenta pulsauit agritudine. Percepta igitur patris Nortberti benedictione, ad Eluentsidense monasterium se contulit, vbi morbus in dies maioribus est auctus incrementis. Aderat ei Ortho frater eius germanus cum alijs fratribus, quibus ille aiebat, se magno teneri è vita abeundi desiderio: dicenti que vni ex ijs, qui aderant, Absit Domine, ut ita nos desolatos relinquant: ille tanquam indignabundo vultu respondit: Quid est, ista ter, quod loqueris? Quam obrem, oro, pœnitentiæ habitum accepimus? Quare autem etiam pro Christo nitimur mortificari tota die si non hisce laboribus id spectamus, ut quàm primum liceat euolare ad Christum? Optandum profectò mihi est, ut breuiori possim via ire ad eum, & ad conspectum vultus eius, quem semper concupiui, celerius perungere. Hæc illo dicente, Ortho frater eius magno animi dolore cruciabatur multumque lugebat: sed eum cõsolans vir beatus, inter alia multa sic ait: Ea causa, mi frater, omnia propter Deum reliquimus, quod nos mortuorum certissime sciremus: nec possumus optatam operum nostrorum mercedem recipere, nisi corpus hoc morti succumbat.

Cap. 12.
Sacro oleo
inungitur.

Reddit spiritum.

Cap. 13.

Apparet
Gerbergi
Abbatissæ
in magna
gloria.

Esa. 61.

Cap. 14.

Duo dolere dicitur
li. berantur

Cap. 15.

Sacro deinde vnctus oleo, pacis osculum cunctis præbuit fratribus, atque ad illos: Scio mediũ honoris & Ordinis nostri zelo permotum, interdũ quosdam seuerius allocutum. Si quem igitur ex vobis ea re offendi, quæ so id vt mihi condonetur. Sed ad hæc ei non verbis vllis, sed lachrymis responsum est. Omnes enim valde dolebant. Paulò post ait ad fratrem suum: Frater mi, audio voeem dicentem, Exite obuiam ei. Fratri autem, qui sedulus ei assidebat, breui interiecto spatio sciscitanti, quid haberet spei, Latino sermone respondit: Spe magna ego sum, nec si mihi liceat toto potiri orbe terrarum, vel paululum in hoc velim degere exilio. His dictis, parũm conquieuit, apertisque mentis oculis, subito cum ingenti exultatione dixit: Veniunt nuncij Domini & creatoris mei: moxque idibus Ianuarij spiritum reddidit anno à Christo nato millesimo centesimo vicesimo sexto, etatis sue ferè tricesimo.

Impensè autem amabat illum Gerbergis Abbatissa, patris eius filia: eaq; sæpius rogauerat eum ab ipsa discedentem, vt vel viuus, vel mortuus breui eam rursus inuiferet. Ei ergo vita functus statim apparuit in eius monasterio, miro decore conspicuus, & aureo diademate coronatus. Illa vero nesciens eum è vita decessisse. Quid est inquit, dilectissime Godefride, quod sic coronatus ingrederis? Tum ille Noueris, ait, me modo sine vlla dilatione, aut vllò seuerioris examinis periculo ad summi Regis palatium commigrasse, atque tanquam Regis immortalis filium beata immortalitate vestitum. Et nè forassis dubites lege quod inscriptum cernis diademati meo. Legit igitur hæc verba: Induit me Dominus vestimento salutis, & indumento lætitiæ circumdedit me, & tanquam sponfam decorauit me corona. Sensit autem diuinitus id fieri, moxque fratribus Cappenbergensibus indicauit beati viri obitum, & pro eo Missæ sacrificium offerendum curauit. Post dies decem venit eò Dominus Ortho Comes, felicem fratris sui è vita excessum annuncians: compertumque est ea hora eum defunctum, qua Gerbergi Abbatissæ apparuerat.

Fœmina quædam sanctimonialis eius loci, qui Elcene dicitur, diro vexabatur dentium cruciatu: cumque nullum suppeteret remedium, in memoriam rediit beati Godefridi, quem viuentem cognouerat. Eum igitur toto animi desiderio cepit implorare, vt suis precibus apud Deum tam immmani subueniret dolori. Mirares: euestigò dolor ille omnis euanuit. Eodem morbo dentium quidam è fratribus nostris, qui sancto viro, cum esset in humanis, familiaris fuit, laborabat. Postquam igitur preces illi obtulit etiam ipse protinus curatus est.

Fuit apud Cappenbergum pastor quidam religiosa vita. Is aliquandò grauissime laboras, ita vt moriturus videretur, multas malignorum dæmonum infestationes per

SURIUS

aber
Nover
RVIII
5

perit. Vbi autem de vita eius desperatum fuit, nocte Supprior admouit eum, vt sepulchrum beati Godefridi uisaret, atque ex eius eleemofyna reficeretur. Fecit ille vt fuit admonitus, moxque toto se sensit corpore sanum, & omnia dæmonum phantasmata euauerunt.

Quidam ex fratribus nostris sacerdos fistulæ morbo dies non paucos ad eum afflictus fuit, vt vix mouere se posset. Itaque alienis manibus ad templum adducebatur. Interim aduenit anniuersarius Comitis Godefridi dies, & ecce frater iste non sine multa difficultate ad templum reptans, vt illic viro Dei Vigiliis celebraret, ad adytum siue chorum eius peruenit. Tum verò ab imo pectore, cum multis lachrymis depromens preces, salutis rogabat authorem Deum, vt intercessione viri Dei spes & in columis effici mereretur. Preces illas repentinus effectus cosecutus est. Cœpit enim sensim mox euanescere morbus. Projicitur baculus, subsequiturque salus.

Accidit cuidam ex nostris fratribus, ad nocturnas preces maturius surgenti, vt paululum in lectulo residens, rursus obdormiret. Interim fratres procedebant ad templum. Igitur vir Dei Godefridus lumine illustris ei adest dormitanti nomine. que cum compellans, Frater mi ait, surge ocyùs: iam enim fratres in Chorum ingrediuntur. Surgit ilico frater, & celeri gradu sequitur præcedentes.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO DE
TRANSLATIONE SANCTI HILARII
Episcopi.

NAVDEAMVS & exultemus, dilectissimi, dum ad recolenda beati Hilarij sublimia merita solenniter conuenimus. Ipsa quippe nos insignis vocabuli dignitas prouocat, vt mens nostra spirituali lætitia affecta, plausibiliter hilarescat. Nihilominus & hoc dignum est vt dum glebam corporis eius tenuemque puluisculum tanto præferri apud homines honore conspiciamus, quantum gloriæ pondus in cælestibus possideat, vbi verus & incomparabilis honor est, mēs nostra perpendat. Sed libet iam translationis huius historiam succinctè transcurrere, nulli deinceps de præclara solennitatis huius origine prorsus expediat dubitare.

Porro autem dū Confessor Christi Tredelinus beati Hilarij monasterium, quod in Pictauesi suburbio situm est laudabiliter regeret, ibique sanctæ conuersationis insignibus disciplinis & præclara morum honestate polleret, beatus Hilarius illi per visionem manifestus apparuit, & inter alia nonnulla hoc illi quadam viuentis imperij authoritate mandauit, vt videlicet ipse, simul & Pictauesis Episcopus ad Regem Francorum, qui tunc rerum moderabatur habens, incunctanter accederent, & sumptus impendia, quibus ampliari & augustius fieri monasterium posset fiducialiter postularent. Quibus verbis insuper addidit, vt instaurato nouiter monasterio, locum sibi sanctus Abbas congruum prouideret, in quo corpus eius, facta translatione, reconderent. Quos nimirum felicitis oraculi legatione perfunctos, Rex clementer ac benignè suscepit, eisque magnifica regiæ liberalitatis munera contulit.

A fundamentis ergò monasterium per latomosac cæmentarios denuò constructas, & pollucibiliter instaurantes ministri Domini tandiù coeptis indefessi laboribus insisterunt, donec non modo surgentis structuræ machinam ad consummationem vsque perducerent, sed etiam vtrinque parietes, hoc est, intus & extrinsecus radiatis musui decore vestirent. In quo videlicet opere, vbi regij muneris summa defecit, Episcopus ex Ecclesiasticis facultatibus supplere quod deerat non cessauit. Tandem itaque monasterio, non modo consummatæ fabricæ structura perfecto, verum etiam sacerdotalis officij benedictionibus dedicato, mox demoliti sunt tumulum, in quo sanctum fuerat corpus humatum. Constituto igitur die, in quo sancta membra transferrent, præcedente nocte dum Episcopus, simul & Abbas in vigilijs & orationibus iugiter pernoctarent, repente conspiciunt, quod beati Angeli

S. Hilarij
corpus An-
gelico mi-
nisterio in
id transfer-
tur.

Alia qua-
tuor mona-
stera sibi
extruuntur.

S. Hilarius
impenetra-
bilis murus.

Serpentibus
imparat.

Suscitat
mortuum.

Deut. 34.

Ibidem.

Cur Moyse
corpus ab-
condatur,
sanctorum
vero corpo-
ra reuelan-
tur.

Gen. 23.
Gen. 49.
& 50.

Cur Patri-
arche volu-
erint sepeli-
ri in terra
Chanango-
rum.

de tumulo, qui iam terebratus fuerat, sanctum corpus educunt, & in locum, qui sibi praparatus fuerat, proprijs manibus inferunt. His itaque peractis, beatus Hilarius sanctum Tridelinum per visionem admonuit, vt Scorigenam quendam sibi cognatione propinquum in coenobij regimine substitueret, ipse vero ad Gallinariam insulam in honorẽ eiusdem beati Hilarij edificaturus ecclesiam properaret. Qui beati sacerdotis imperio mox humiliter paruit, & non solum illud, quod iussum fuerat, sed & alia quatuor monasteria in eius honorem cõstruxit. Quoniam beati Tridelini vita, in qua hæc referri perhibetur historia, in manus nostras nequam deuenit. Sed quod hic scriptum est, indicio fraternæ relationis innouit.

Hæc igitur huius sacræ solennitatis est causa: Hæc veneranda celebritatis hodiernæ materia, vt in translatione sacri corporis merito gaudeat plebs deuota fidelium, cui dependit exequias exercitus Angelorum. Porro autem ex occasione venerandæ translationis huius, & cætera beati viri gesta nobis in memoriam redeunt, vt que longis antè temporibus sunt peracta, vestris nunc reducta conspectibus quodammodo recentia videantur & noua. Mox enim vt disputare de venerabilis viri gestis incipimus, protinus occurrit memoriæ, quam impenetrabilis Ecclesiæ murus hereticorum telis obstiterit, quam insuperabilis præliator peruersum Arrianorũ dogma gratia catholice veritatis obtinuerit. Nec illud vacat, quod cum aduersus hæreticorum perfidiam pugnaturus, Seleuciam Isauriæ oppidum peteret, puella gentilis diuinitus edocta, tanti sacerdotis denunciauit aduentum, atque idcõ cum patre Florentio, totaque familia diuini baptismatis meruit suscipere sacramentum. Nec illud excidit insigne miraculum, quod in Gallinaria insula immanium serpentium venenata rabies virtutem tam præclari Pontificis ferre non potuit, sed tanquam fulmineo fragore perterrita, vilis etiam baculi metam, quam ipse præfixerat, transcedere non præsumpsit. Sed & illud memoriæ consequenter occurrit, quod idẽ egregius Pontifex puerum sine gratia regenerationis extinctum, non modo morti resuscitatum & incolumem reddidit, sed & veræ fidei rudimentis instructum sanctæ Ecclesiæ filijs aggregauit.

Hæc igitur, & alia multa virtutum eius insignia nobis ex occasione venerandæ huius translationis occurrunt, quæ nos ad amorem Dei & deuotionem præclari huius sacerdotis accendunt. Planè cum multorum translationes iustorum sancta veneretur Ecclesia, quæ diligentia procuratæ sunt hominum, quanto deuotionis studio hæc est solenniter recolenda, quæ facta est manibus Angelorum? Sed quid est, quod Moyse corpus ipse per se Dominus sepeliuit, & tamen sepulcrum eius hominibus innõtescere noluit: beati verò Hilarij corpus non modo coram hominibus per Angelos trãtulit, sed & tanti honoris gloriam ad totius Ecclesiæ reuerentiam sublimauit? De Moyse quippè scriptum est: Mortuus est ibi Moyse seruus Domini in terra Moab, iubente Domino: & sepeliuit eum in valle terræ Moab cõtra Phogor: & non cognouit homo sepulcrum eius vsque in præsentem diẽ. Quid est ergo, quod ille nescitur, iste verò quotidie cum tanta gloria Christianæ deuotionis inuisitur? Quid est, inquam, quod Moyse ab hominum nouitia remouetur, nisi vt tollatur occasio, nè qui tam Deo charus & familiaris extitisse cognoscitur, diuinus honor illi ab Israëliticæ plebis perfidia præbeatur? Reliquorum verò sanctorum corpora non celantur, vt dum Christianæ deuotionis frequentantur accessu, & per illos fiant rutilantia signa virtutũ, & istis accrescat felicitum cumulus meritum. Præterea nõnulli fideles idcirco post mortem tumulis editioribus includuntur, vt sui memoriam viuentibus ingerant, quatenus eis impendere pietatis opera non omitterent. Hinc est quod sepultura vocatur ex more memoria, scilicet vt per eam memorentur viui, & percipiant refrigerium mortui.

Sed quid est, quod nonnulli sanctorum tantoperè studuerunt suis providere sepulcra corporibus? Abraham nempe quadringentis argenti siclis à filijs Heth speluncam duplicem comparat. Iacob & Ioseph ad eãdem speluncam totum iam animi desiderium tendunt, & corpora sua post obitum illò perferenda deposcunt. Quid ergo est, quod sancti Patriarchæ, qui se puluerẽ & cinerem esse perspicue perhibent, qui certè corpora & corporalia quæque cælestium contemplatione despiciunt, in Chananaeorũ terra corpora sua quiescere tanto desiderio cõcupiscunt? Cur illum præ cæteris mundi partibus quieti suæ præuident locum, nisi quod humane salutis authorem illic nouerant de suo semine nasciturum? Hinc est, quod Iacob filium suum

SURIUS

aber
aber
RVIII
5

fatum Ioseph obsecrat, dicens: Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum sub femore meo, & facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de hac terra, condasque in sepulchro maiorum. Cur autem ad confirmandam sponsonis indicium, Iacob manū filij supponi suis femoribus petijt, nisi quia illum, qui summa veritas est, de proprio semine propagandum esse cognouit? Illis igitur terræ finibus beati viri iam medullitis aggliscebant, quam per spiritum iam cernebā: Saluatoris vestigijs atteri quam in interioribus oculis iam videbant precioso Domini corporis sanguine purpurari, vt illic eorum corpora suā expectarent resurrectionem, vbi resurrecturum esse cognoscebant ipsum beatæ resurrectionis authorem.

Ad hunc & nos, dilectissimi, perspicuā nostræ mentis aciem dirigamus. Ad hunc dum pedum progressionem non possumus, ætuantis desiderij festinatione tēdamus, & dum sanctorū quorāmlibet reliquijs dignæ deuotionis reuerentiam exhibemus, ad illud vnum & singulare corpus nostræ mentis dirigamus obtutū, quod in paterna maiestatis gloria credimus ineffabiliter sublimatum. Illa nimirum est terra cui nunc beati Patriarchæ atque Prophætæ suspirabant, lacte scilicet & melle mananti. Lac siquidē de carnis vberibus profluit, mel verò de superioribus venit. Et quia substantia Domini corporis ex Virginis visceribus prodijt, diuinitas autē ex paterna maiestate descendit, recte corpus Saluatoris terra dicitur repromissionis. Quæ nimirum terra lacte simul ac melle fluere dicitur, quia in Redemptoris nostri corpore, & substantia veræ, & dulcedo est ineffabilis deitatis. In ipso enim (sicut Apostolus ait) habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et alibi: Deus erat in Christo reconcilians mundum sibi. Ad hanc viuentium terram ille nos dignetur inducere qui terræ nostræ mortalia nō dedignatus est tolerare, quatenus sic ibi lacte & melle vescamur, vt Saluatoris nostri præsentia, & melliflua diuinitatis eius dulcedine satiemur: Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuat & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Cur Christi corpus terra promissionis dicatur.

Colof. 2. Cor. 3.

VITA BREVIS SANCTISSIMI CONFESSORIS BASSIANI EPISCOPI LAVDIS POMPEIAE, EX Hieronymi Rubei viri doctissimi libro secundo historie Rauennatum.



TEMPORIBVS Vrsi Archiepiscopi Rauennatis, natione Siculi, qui Liberio tertio (quem & Liuerium seu Olierium appellant) successit Bassianus Syracusanus eius affinis, Romæ cælitus monitus, ad Archiepiscopum Vrsum suum affinem aufugit: cum enim eum decennem pater, vt instrueretur studijs liberalibus, Romam misisset: ipse verò, Gordiano sacerdote instituentē, Christianus esset factus, Sergius pater qui deos impios venerabatur, re accepta, vehementer commotus, legatos misit, qui aut captum ad se ad-

19. Ianua.

S. Bassianus sic Christianus.

Fugit Rauennā ad Vrsū Archiepiscopum.

Liberat ceruā à morte.

Ite dæmoniācum.

Ceruā vrbis vendē dicta.

ducerent, aut, si aliter fieri non posset, interficerent. Itaque Bassianus Rauennam se ad Vrsum Archiepiscopum affinem suum, contulit. Cum verò iam Rauenna quindecim passuum millia abesset, quo loco est Phycocle, vrbs peruetusta, ceruam cum duobus catulis, quam venatores fuerant persecuti, conspicatus, naturali motu misericordia, ad se in nomine Domini accedere eam iussit. quam obrem cerua ad pedes iuuenis sancti prouoluta, eos lingebat. Aduenientibus autem interea venatoribus, & assidue ceruam præberi sibi flagitantibus, cum eorum vnus, viro sancto negante in eum irruens, abstrahere ceruam conaretur, eumque impelleret: repente a dæmone ictus, cæcusque factus, parum omninō abfuit, quin animam exhalaret. Cæteri ob id sibi metuētes, ad pedes sancti iuuenis proiecti, veniam postulabant. Verum eos Bassianus oratione benigna consolatus, Deumque pro eo præcatus quē dæmon arripuerat, caco dæmone abire iussit, statim incolumem socijs illum restituit, cerua latibulum suum repetente. Ob hoc miraculum, vrbem Phycoclem, appellatam deinde Ceruiam ferunt.

Vrsus benigne atque amanter Bassianum complexus, eo sic, vt delitesceret obsecran-

secrante, in templo satis exiguo & ignobili D. Apollinaris in classe illum confil-
ruit. Vbi maiores quotidie progressus in via Domini faciens, eniuit vel eo mari-
mè prodigio, cum mādauit Cæsar Bythimnium, vrbis Rauennæ iudicem, maiesta-
tis reum capite mulctari: Bassiani enim precibus apud Deum factum est, vt carni-
ce ictum in ceruicem Bythimnij intendente, ex eius manibus securis, non semel
modò, verum bis aut ter, desiluerit. Quamobrè territus Præses, saluum abire
Bythimnium atque integrum voluit. Tandem verò Bassianus ab Exuperantio Ra-
uennatū Archiepiscopo, siue ab hoc Vrso vt alij arbitrantur, Laudis Pompeiæ Epi-
scopus factus, quartodecimo Calendas Februarij ad Christum migravit.

VITA BEATISSIMORVM MARTYRVM
FRVCTVOSI EPISCOPI ECCLESIAE TAR RACONENSIS,

& Augurij, & Eulogij diaconorum, per Aurelium Prudentium
virum consularem conscripta. Habetur in
eius Peristephano.



ELIX Tarraco, Fructuose, vestris
Attollit caput ignibus coruscum,
Leuitis geminis procul relucens.
Hispanos Deus adspicit benignus,
Arcem quandoquidem potens Iberam
Trino martyre Trinitas coronat.

Ardens Augurius capessit æthram:
Nec non Eulogius simul supernum
Christi lucidus ad sedile tendit.
Dux & præuius, & magister illis
Ad tantum decus, ex Episcopali
Clarus nomine Fructuosus ibat.
Accitus quia Præsidis repente
Iussu, venerat ad forum sacerdos
Leuitis comitantibus duobus.
Inde ad carceream viros catenam
Pastus sanguine carnifex trahebat:
Gaudet currere Fructuosus vltro.
Ac nè quis socios timor feriret,
Præceptor vehemens eundo firmat,
Incenditque fidem calore Christi:
Mecum state viri, vocat cruentus
Ad pœnam coluber, Dei ministros:
Nec mors terreat, est parata palma.
Carcer Christicolis gradus coronæ est,
Carcer prouehit ad superna cæli,
Carcer conciliat Deum beatis.
His dictis, ad eunt specum reorum,
Exercent ibi mysticum lauacrum,
Et purgamen aquæ stupent tenebræ.
Sex hic continuis latent diebus,
Tandem stant trucis ad tribunal hostis,
Fratres tergeminos tremunt, catastræ.
Iudex Aemilianus immincebat,
Atrox, turbidus, insolens, profanus,
Aras dæmonicas coli iubebat.
Tu, qui doctor, ait, seris nouellum
Commenti genus, vt leues puellæ
Lucos destituant, Iouem relinquunt,
Damnes, si sapias, anile dogma.
Iussum est Cæsaris ore Gallieni:
Quod Princeps colit, vt colamus omnes.

Ianuarij
Sanctorū
patria.

S. Fructuo-
sus cum so-
cijs sistitur
Iudici &
carceri in-
cluditur.

In carcere
multos ba-
ptizat.

SURIUS

ober
Nobis

RVIII

5

DE FRUCTIVO SO EPISCOPO ET SOCIIS EIVS. 21

Hæc fanti placidus refert sacerdos,
 Aeternum colo Principem, dierum
 Factorem, Dominumque Gallieni;
 Et Christum Patre profatum perenni;
 Cuius sum famulus, gregisque pastor.
 Subridens ait ille, iam fuisti.
 Nec differt furor, aut refrenat iram,
 Sæuis destinat ignibus cremandos;
 Exultant, prohibentque flere vulgum;
 Quosdam de populo videt sacerdos
 Libandum sibi poculum offerentes;
 Ieiunamus, ait recuso potum.
 Nondum nona diem resignat hora:
 Nunquam conuiolabo ius dicatum,
 Nec mors ipsa meum sacrum resoluet.
 Sic Christus sitiens crucis sub hora
 Oblatum sibi poculum recusans,
 Nec libare volens, sitim peregit.
 Intran̄t interea locum rotunda
 Conclufum cauea: madens ferarum
 Multo sanguine quem furor frequentat;
 Cum spectacula perstrepunt cruenta,
 Ac vilis gladiator ense duro
 Percussus cadit, & fremit voluptas.
 Hic flam̄ m̄ante pyra, niger minister
 Ardens supplicium parare iussus,
 Construxit facibus rogam̄ supremis.
 Qui cum corpora concremanda soluit,
 Feruentes animas amore lucis
 Fracto carceris expediret antro.
 Certant officijs pij sodales:
 Plantis calcamenta dissolutis,
 Pronus detrahere studebat vnus:
 Sed sanctus vetat ora Fructuosus
 Inclinata premi, facessite, inquit;
 Nè nostram grauet obsequela mortem.
 At quin ipse meos pedes resoluam,
 Nè vestigia præpedita vincis
 Tardis gressibus irruant in ignem.
 Cur lamenta rigant genas mandentes?
 Cur vestri memor vt siem rogatis?
 Cunctis pro populis rogabo Christum.
 Vix hæc ediderat, relaxat ipse
 Indumenta pedum: velut Moyses.
 Quondam fecerat ad rubum propinquans;
 Non calcare sacram cremationem;
 Aut ad stare Deo prius licebat,
 Quam vestigia pura figerentur:
 Stabat calce mero, resultat ecce
 Cælo spiritus, & serit loquelam,
 Quæ cunctos tremefecit audientes.
 Non est, credite, pœna, quam videtis,
 Quæ puncto tenui citata transit:
 Nec vitam rapit illa, sed reformat:
 Felices animæ: quibus per ignem
 Celsa scandere contigit Tonantis:
 Quas olim fugiet perennis ignis
 Hæc inter rapidis focos crepantes

Non vult
 sacrificari
 idolis.

Recusat
 soluere se:
 Iunium.

Matth. 27.
 Ioan. 19.

Sancti mar
 tyres ducit
 tur ad ro
 gum, exu
 rendi.

Exod. 5.

Cælestis ab
 angelo cõ
 sortantur.

Intran̄t

SURIUS

qber
uover
RVIII
5

22
Martyres
rogum in-
trant.
crepitan-
tibus

Dan. 3.
si unguis
quibus

de dicit
et dicit

*Missis

Anime fan-
ctorum ex
hoc mudo
statim vo-
lant ad cae-
lum.

Ecce quam
se Deo dile-
cta virgini-
tas.

Iubet mar-
tyres suos
cineres vno
in loco si-
mul condit

Nota, pa-
trocinium
sactorum.

de dicit
quibus
quibus

IANVARI XIII.

Intrant passibus, & minantur ipsi
Flammaram *trepidantibus caminis
Nexus denique, qui manus retrorsus
In tergum reuocauerant reuinctas,
Intracta cute decidunt adusti.
Non ausa est cohibere poena palmas,
In morem crucis ad Patrem leuandas:
Soluit brachia, quae Deum precentur.
Priscorum specimen trium putares:
Quos olim Babilonycum per ignem
Cantantes stupuit tremens tyrannus.
Illis sed pia flamma tum pepercit,
Nondum tempore passionis apto,
Nec mortis decus inchoante Christo.
Hos, cum defugeret vaporus ardor,
Orant, ut celer ignis aduolaret,
Et finem daret anxii periculi.
Exorata suos obire tandem
Maestas famulos iubet, caducis
*Missos corporibus, sibi que reddi,
Vidit Praesidis ex domo fatelles
Caelum martyribus patere apertum,
Insignesque viros per astra ferri.
Quin & filiole monens herili
Ostendit sceleris notam paterni,
Caelo viuere, quos forum peremit.
Hac tum virginitas palam videre
Per sudum meruit, patente caelo,
Ut crimen domini domus timeret.
Tum de corporibus sacris fauilla,
Et perfusa mero leguntur ossa,
Quae rapta sibi quisque vindicabat,
Fratrum tantus amor domum referre
Sanctorum cinerum dicata dona,
Aut gestare sinu fidele pignus.
Sed ne reliquias resuscitandas,
Et mox cum Domino simul futuras,
Discretis loca diuidant sepulchris;
Cernuntur niueis stolis amicti,
Mandant restitui, cauoque claudi
Missim marmore, puluerem sacrandum.
O triplex honos, o triforme culmen,
Quo nostra caput excitatur vrbis,
Cunctis vrbibus eminens Iberis.
Exultare tribus libet patronis:
Quorum praesidio fouemur omnes
Terrarum populi Pyrenearum.
Circumfer chorus ex utroque sexu,
Heros, virgo, puer, senex, anicla:
Vestrum psallite rite Fructuosum.
Laudans Augurium resulter hymnus,
Missis Eulogium modiscoaquans,
Reddamus paribus pares Camcenas.
Hinc aurata sonent in arce tecta,
Blandum litoris extet inde murmur,
Et carmen freta serjata pangant.
Olim tempus erit ruente mundo,
Cum te, Tarraco, Fructuosus acri

Soluet

DE S. VINCENTIO MARTYRE.

32

Soluet supplicio tegens ab igni.
Fors dignabitur & meis medelam
Tormentis dare, prosperante Christo,
Dulces hendecasyllabos reuoluens.

VITA ET PASSIO S. VINCENTII MARTY.

RIS, PER AVRELIVM PRUDENTIVM VIRVM

consularis scripta. Habetur in eius Peristephano.

Janua 22.

BEATE martyr prospera
Diem triumphale tuum
Quo sanguinis merces tibi
Corona Vincenti datur

Hic te ex tenebris seculi
Tortore victo & ludice,
Euxit ad caelum dies,
Christoque ouantem reddidit.

Nunc Angelorum particeps,
Luces in insigni stola,
Quam testis indomabilis
Riuus cruoris laueras.

Cam te satelles idoli
Præcinctus atris legibus
Litare diuis Gentium
Ferro & catenis cogeret.

Ac verba primùm mollia
Suadendo blandè effuderat
Captator: vt vitulum lupus
Rapturus, alludit prius.

Rex, inquit, orbis maximus,
Qui scepra gestat Romula,
Seruire sanxit omnia
Præcis deorum cultibus.

Vos Nazareni assistite,
Rudem qui ritum spernite,
Hæc sacra, quæ Princeps colit,
Placate fumo & victima.

Exclamat hic Vincentius,
Leuita de tribu sacra,
Minister altaris Dei,
Septem è columnis lacteis.

Tibi ista præsent numina:
Tu saxa, tu lignum colas:
Tu mortuorum mortuus
Fias deorum pontifex.

Nos lucis authorem Patrem,
Eiusque Christum filium,
Qui solus, ac verus Deus,
Datiane, confitebimur.

Hic ille iam commotior:
Audesne non felix, ait,
Ius hoc deorum, & Principum,
Violare verbis asperis?

Ius & sacratum, & publicum,
Cui cedit humanum genus,
Nec te iuuentæ feruidæ
Instans periculum permouet?

Hoc nanque decretum cape:
Aut ara thure & cespite
Præcanda iam nunc est tibi,

Aut mors luenda est sanguine.

Respondet ille altrinsecus
Age ergo quicquid virium,
Quicquid potestatis tibi est,
Palam reluctor. exere.

Vox nostra quæ sit, accipe.
Est Christus, & pater Deus:
Serui huius ac testes sumus.
Extorque, si potes fidem.

Tormenta, carcer, vngula,
Stridensque flammis lamina,
Atque ipsa poenarum vltima,
Mors Christianis ludus est.

O vestra inanis vanitas,
Scitumque brutum Cæsaris,
Condigna vestris sensibus
Coli iubentis numina.

Excisa fabrilis manu,
Cauis recocta & follibus:
Quæ voce, quæ gressu carent,
Immota cæca, elingua.

His sumptuosa splendido
Delubra crescunt marmore:
His colla mugientium
Percussa taurorum cadunt.

Adsunt & illic spiritus:
Sed sunt magistri criminum,
Vestra & salutis aucupes,
Vagi, impotentes, fordidii:

Qui vos latenter incitos
In onine compellunt nefas,
Vastare iustos cædibus,
Plebem piorum carperè.

Norunt & ipsi, ac, sentiunt
Pollere Christum, & viuere,
Eiusque iam mox affore
Regnum tremendum perfidis.

Clamant fatentes denique
Pulsi è latebris corporum,
Virtute Christi, & nomine,
Diuique, & ijdem dæmones.

His intonantem martyrem
Iudex profanus non tulit,
Conclamat: os obrudite,
Ne plura iactet improbus.

Vocem loquentis claudite,
Raptimque lictores date,
Illos reorum carnibus
Pastos, manuque exercitos:

Iam saxo ius prætorium
Conuiciator sentiat,

S. Vincentii
constans
respōsum

Cæsaris
brutale de-
cretum.

* iubetis

Psal. 118.

Diligentiū
demonia

* iamque

Matth. 23.

Datiani fu-
tor in san-
ctum Vin-
centium:

Impu.

Non feci
tur mar-
tyr ferro,
nec blandi-
tis.

Diligentiū
mortui.
Deus no-
stræ viuus.

Impune ne nostris sibi
 Dijs destruendis luserit:
 Tibi ergo soli contumax
 Tarpeia calcetur sacra?
 Tu porrò solus obteras
 Romam, Senatum, Cæsarem?
 Vincitum retortis brachijs,
 Sursùm ac deorsum extendite,
 Compago donèc ossium
 Diuisa, membratim crepet.
 Pòst hinc hiulcis iugibus
 Nudate costarum abdita,
 Vt per lacunas vulnerum
 Iecur retectum palpitet.
 Ridebat hæc miles Dei,
 Manus cruentas increpans,
 Quòd fixa non profundius
 Intraret artus vngula.
 Ac iam omne robur fortium
 Euiscerando cesserat,
 Nisi quæ anhelus soluerat
 Fessos lacertorum toros.
 Ast ille tanto lætior,
 Omni vacantem nubilo
 Frontem serenam illuminat,
 Te Christe præsentem videns.
 Quis vultus iste, prò pudor?
 Datanus aiebat furens.
 Gaudet, renidet, prouocat,
 Tortore tortus acrior.
 Nil illa vis exercita
 Tot noxiorum mortibus
 Agone in isto proficit,
 Ars & dolorum vincitur.
 Sed vos alumni carceris
 Par semper inuictum mihi
 Cohibere paulum dexteras,
 Respiret vt lassus vigor.
 Præsticca rursus vlcera,
 Dum se cicatrix colligit
 Refrigerati sanguinis,
 Manus resulficans diruet.
 His contrà Leuitas refert.
 Si iam tuorum perspicis
 Languere virtutem canum:
 Age ipse, maior carnifex.
 Ostende, quo pacto queant
 Imos recessus scindere,
 Manus & ipse interfere,
 Riuosque feruentes bibe.
 Erras, cruenta, si meam
 Te rère poenam sumere,
 Cùm membra morti obnoxia
 Dilancinata interficis.
 Est alter, est intrinsecus,
 Violare quem nullus potest:
 Liber, quietus, integer,
 Exors dolorum tristium.

Rider mar
 tyr, graui
 sima sibi
 inferri tor
 menta.

Martyris
 fortitudo
 & constan
 tia inuicta

Hoc, quod laboras perdere
 Tantis furoris viribus,
 Vas est solutum, ac fictile,
 Quocunque frangendum modo.
 Quin immò nunc enitere
 Illum secare, ac plectere:
 Qui perstat intus, qui tuam
 Calcat, tyranne, insaniam
 Hunc hunc laceffe, hunc discute
 Inuictum * & insuperabilem,
 Nullis procellis subditum,
 Solique subiectum Deo.
 Hæc fatur, & stridentibus
 Laniatur vncis denuò:
 Cui Prætor ore subdolo
 Anguina verba exhibilat.
 Si tanta callum pectoris
 Prædurat obstinatio,
 Pulvinar vt nostrum manu
 Abomineris tangere:
 Saltem latentas paginas,
 Librosque opertos detege,
 Quo secta prauum seminans
 Iustis cremetur ignibus.
 His martyr auditis, ait.
 Quem, tu maligne, mysticis
 Minitaris ignem litteris,
 Flagrabis ipse hoc iustus.
 Romphæa * nam celestium
 Vindex erit voluminum,
 Tanti veneni interpretem
 Linguam perurens fulmine.
 Vides fauillas indices
 Gomorrhæorum criminum:
 Sodomita nec latet cinis,
 Testis perennis funeris.
 Exemplar hoc, serpens, tuum est:
 Fuligo quem mox sulfuris,
 Bitumen & mistum pice
 Imo implicabunt Tartaro.
 His persecutor saucius
 Pallet, rubescit, æstuat,
 Insana torquens lumina,
 Spumasque fremdens egerit.
 Tunc deinde cunctatus diu,
 Decernit extrema omnium:
 Igni, grabato, & laminis
 Exerceatur questio.
 Hæc ille sese ad munera
 Gradu citato proripit,
 Ipsosque pernix gaudio
 Poenæ ministros præuenit.
 Ventum ad palæstram gloria:
 Spes certat & crudelitas:
 Luctamen anceps conserunt
 Hinc martyr, illinc carnifex.
 Serrata lectum regula
 Dente infrequenti exasperat:
 Cui

* inter pug
 nabiles.

Abominat
 tur pulu
 naria que
 gerit sup
 plicanti
 in hærne
 bitur ante
 altare ido
 lorum.

* iam

Terret iu
 dicem poe
 na Sodomi
 tica in in
 ferno ple
 tendum.

Alaret ad
 peram
 curri.

SURIUS

qber
 uonar
 RVIII
 5

DE S. VINCENTIO MARTYRE.

25

Spēre con-
fessio era
tem ferreā,
martyr at-
fessus.

Vacit ig-
it

heri mit-
tur in car-
cerem te-
nendum.

Cippo ped-
es eius in-
cluduntur.

Fragmētis
testarū cru-
ciatur.

* sternere.

Diuitiis
liberata
cippo & te-
stis, in
flore com-
mutatis.
* catenis

Cui multa carbonum strues
Vinum vaporat halitum.
Hunc sponte conscendit rogam
Vir sanctus ore interrito:
Ceui iam coronæ conscius
Celsum tribunal scanderet.
Subter crepante adspergine
Scintillat excussus cinis,
Pundisq; feruens stridulis
Sparsim per artus figitur.
Aruina posthinc igneum
Impressa cauterem lauit,
Vis vnde roris fumidi
In membra sensim liquitur.
Hæc inter immotus manet
Tanquam dolorum nescius,
Tenditq; in altum lumina:
Nam vincla palmas presserant.
Sublatus inde fortior,
Lugubre in antrum traditur:
Nè liber vsus luminis
Animaret altum spiritum.
Est intus imò ergastulo
Locus tenebris nigrior:
Quem saxa meri fornicis
Angusta clausum strangulant.
Aeterna nox illic latet,
Expers diurni fideris:
Hic carcer horrendus suos
Habere fertur Inferos.
In hoc barathrum conijcit
Truculentus hostis martyrem,
Lignoq; plantas inserit,
Diuricatis curibus.
Quin addit & pœnam nouam
Crucis peritus artifex,
Nulli tyranno cognitam,
Nec fando compertam retrò.
Fragmēta testarum iubet
Hirta impolitis angulis
Acuminata, in formia
Tergo iacentis sternere.
Totum cubile spiculis
Armant dolores anxij:
In somne qui subter latus
Mucrone pulsent obuio.
Hæc ille versutus, yafra
Meditatus arte straxerat:
Sed Belzebulis callida
Commenta Christus destruit.
Nam carceralis cæcitas
Splendore lucis fulgurat,
Duplexque morsus stipitis
Ruptis cauernis dissilit.
Agnoscit hic Vincentius
Adesse, quod sperauerat,
Tanti laboris præmium,
Christum datorem luminis.

Cernit deinde fragmina
Iam testularum, mollibus
Vestire semet floribus,
Redolente nectar carceré.
Quin & frequentes Angeli
Stant, ac loquuntur cominūs:
Quorum vnus ore augustior
Compellat his dictis virum.
Exurge martyr inclyte,
Exurge securus tui,
Exurge, & almis coetibus
Noster sodalis addere.
Decursa iam fatis tibi
Pœnæ minacis munia,
Pulchroq; mortis exitu
Omnis peracta est passio.
O miles inuidiosissime,
Fortissimorum fortior,
Iam te ipsa sæua & aspera
Tormenta victorem tremunt.
Spectator hæc Christus Deus
Compensat æuo in termino,
Propriæq; collegam crucis
Larga coronat dextera
Pone hoc caducum vasculum
Compagne textum terrea,
Quod dissipatum soluitur,
Et liber in cælum veni.
Hæc ille, sed clausas fores
Interna rumpunt lumina,
Tenuisq; per rimas nitor
Lucis latentis proditur.
Hoc cum stuperet territus
Obsessor atrii liminis,
Quem cura pernox manserat
Seruare feralem domum:
Pallentes audit in super
Prædulce carmen martyris,
Cui vocis instar æmula
Conclauē reddit concauum.
Pauens deinde introspicit,
Admora quantum postibus
Acies per arctas cardinum
Intrare iuncturas potest.
Vernare multis floribus
Stramenta testarum videt,
Ipsumq; vultis nexibus
Obambulantem pangere.
Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo:
Flet victus, & voluit gemens
Iram, dolorem, dedecus.
Exemptus, inquit, carcere,
Paulum benignis fortibus
Recreetur, vt pastum nouum
Pœnis retectus præbeat.
Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneret,
Mollire

Cōsolatur
ab angelis.

Custodes
carceris ex-
terretur, vi-
so lumine
cælesti.

Deslet se vi-
ctū à mar-
tyre Datia-
nus.

c

Mollire

Devotio
Christia-
noru, & pi-
us affectus
erga mar-
tyrem.

Mollire* p̄fultum torum.
Siccare cruda vulnera.
Ille vngularum duplices
Sulcos pererrat osculis:
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.
Plerique vestem lineam
Stillante tingunt sanguine,
Tutamen vt sacrum suis
Domi referuent posteris.
Tunc ipse maniceps carceris,
Et vinculorum ianitor,
Vt fert vetustas conscia,
Repente Christum credidit.
Hic obseratis vectibus
Denſe specum caliginis
Splendore lucis aduena:
Micuisse clausum viderat.
At verò postquam lectuli
Martyr quietem contigit:
Aeger morarum tædio,
Est mortis incensus siti.
Si mors habenda *huiusmodi est,
Quæ corporali ergastulo
Mentem resoluit liberam,
Et reddit authori Deo:
Mentem piatam sanguine,
Mortis lauacris inclytam,
Quæ semet ac vitam suam
Christo immolandam præbuit:
Ergo, vt recline mollibus
Reiecit auleis caput,
Victor relictis artibus
Cælum capessit spiritus:
Cui recta cælo tramite
Referatur ad Patrem via,
Quam fratre cæsus impio
Abel beatus scanderat.
Stipant euntem candidi
Hinc inde sanctorum chori,
Parique missus carcere
Baptista Iohannes vocat.
At Christiani nominis
Hostem coquebant irrita
Fellis venena, & liuidum
Cor efferata exusserant.
Sæuire inermen crederes
Fractis draconem dentibus.
Euasit exultans, ait,
Rebellis & palmam tulit.
Sed restat illud vltimum,
Inferre poenam mortuo,
Feri cadauer tradere,
Canibusve carpendum dare.
Iam nunc & ossa extinxero,
Ne sit sepulchrum funeris,
Quod plebs gregalis excolat.
Titulumque figat martyris.

Custos car-
ceris credit

*huiusmodi

Spiritus Vin-
centij vi-
sor cæli
capessit.

Gen. 4.

Matth. 14.
Mar. 6.

Sic frendit, & corpus sacrum
Profanus, ah, dirum, nefas,
Nudum, negato tegmine,
Exponit inter carices,
Sed nulla dirarum fames
Aut bestiarum, aut alitum
Audet trophæum gloriæ
Fœdare tactu squalido.
Quin si qua clangens improbè
Circuuolet eminus,
Trucis volucris impetu
Depulsa vertebat fugam.
Nam coruus Eliæ datus
Olim, ciborum portitor,
Hoc munus implet sedulo,
Et irremotus excubat.
Hic ex frutetis proximis
Infestus alarum sono,
Oculosque pennis verberans,
Exegit immanem lupum.
Quis audienti talia
Ausit, rapacem belluam
Tauris paratam congedi,
Cessisse plumis mollibus?
Ibat malignum murmurans
Leui volatu exterritus:
Prædamque visam fugerat
Custodis imbellis minis.
Quis p̄fidorum credere
Datiane tunc sensus tibi?
Quantis gementem spiculis
Figebat occultus dolor?
Cum te perempti corporis
Virtute victum cerneret,
Ipsis & impar ossibus,
Vacuisque iam membris minor?
Sed quis, tyranne pertinax,
Hunc impotentem spiritum
Determinabit exitus?
Nullus ne te franger modus?
Nullus, nec vnquam desinam.
Nam, si ferina immanitas
Manuescit, & clementia
Coruos voraces mitigat,
Mergam cadauer fluctibus:
Infana nunquam naufragis
Ignoscit vnda, & spumeum
Nescit profundum parcere.
Aut semper illic mobilis
Incerta per ludibria
Vagis feretur *fluctibus,
Squamosa pascens agmina
Aut sub fragosis rupibus
Scabri petrarum murices
Inter recessus serupeos
Discissa rumpent viscera.
Ecquis vitorum strenue
Cymbam peritus pellere:

Obicitur
corp' eius
feru ad de-
uorandum
ne pomat
tyre colu-
re

3. Reg. 19.
Coruus
corporeum
côferat
inatum.

Vincit ty-
ranis cor-
pus mortu-
um, sacra
martyris

q. dicitur

Remo,

SURIUS

q. dicitur
martyris
RVIII
5

Remo, rudente, & carbaso,
Secare qui Pontum queas?
Rapias palustri è cespite
Corpus, quod intactum iacet.
Leuique vectum lembulo
Amplum per æquor auferas.
Sed complicatum sparteus
Claudat cadaver culleus:
Quem fune connexus lapis
Præcepit in altum deprimat.
At tu per vndas emices
Rorante præcepit palmula,
Donèc relictum longior
Abscondat ad spectus solum.
Hæc iussa quidem militum,
Eumorphio nomen fuit,
Violentus, audax, barbarus,
Furore feruens arripit.
Funale textum conferit,
Suto quod implet corpore,
Emensus & multum freti
Inter procellas excutit.
O præpotens virtus Dei,
Virtus creatrix omnium:
Quæ turgidum quondam mare
Gradiente Christo straxerat,
Vt terga calcans æquoris
Siccis mearet passibus,
Plantas nec vndis tingeret
Vasti viator gurgitis.
Hæc ipsa virtus iusserat
Rubrum salum dehiscere,
Patente dum fundo aridum
Secura plebs iter * legit.
Necnon & ipsa nunc iubet
Seuire sancto corpori
Pontum quietis lapsibus
Ad curua pronum litora.
Saxum molaris ponderis
Vt spuma candens innatat,
Tantiq;ue custos pignoris
Fiscella fertur fluctibus
Cernunt stupentes nauitæ
Vectam remenso marmore,
Labi retrorsum leniter
Aestu secundo, & flamine.
Certant & ipsi concito
Pontum phaselo scindere:
Longè sed artus prauolant
Telluris ad mollem sinum.
Prius relatos deniquè
Humus quieta suscipit,
Quàm pulsa summis nisibus,
Carina portum tangeret.
Felix amœni litoris
Recessus ille: qui sacra
Fouens arenis viscera
Vicem sepulcri præbuit:

Dum cura sanctorum pia
Dessens adornat aggerem,
Tumuloq;ue corpus creditum
Vitæ reseruat posteræ.
Sed mox subactis hostibus,
Iam pace iustis reddita,
Altar quietem debitam
Præstat beatis ossibus.
Subiecta nam sacrario,
Imamq;ue ad aram condita,
Cælestis auram muneris
Perfusa subter hauriunt.
Sic corpus: ast ipsum Dei
Sedes receptum continet,
Cum Machabæis fratribus,
Secto isaïæ proximum.
Simplex sed illis contigit
Corona pœnarum: quibus
Finem malorum præstitit
Mortis supremus exitus.
Quid tale sector ausus est?
Truncata nunquid corporis
Segmenta post ferram feris
Obiecit, aut vndis dedit?
Num Machabæi martyris
Linguam tyrannus erutam,
* Raptamve pellem verticis,
Auib; cruentis obtulit?
Tu solus ô bis inelyte,
Solut, brabeij duplicis
Palmam tulisti: tu duas
Simul parâsti laureas,
In morte victor aspera,
Tum deindè post mortem pari
Victor triumpho proteris
Solo latronem corpore.
Adesto nunc, & percipe
Voces precantum supplices,
Nostri reatus efficax
Orator ad thronum Patris.
Per te, per illum carcerem,
Honoris augmentum tui,
Per vincla, flammæ, vngulas,
Per carceralem stipitem,
Per fragmen illud testium,
Quo parta creuit gloria,
Per quem trementes posteri
Exosculamur lectulum:
Miserere nostrarum precum,
Placatus vt Christus suis
Inclinet aurem prosperam,
Noxas nec omnes imputet.
Si ritè solennem diem
Veneramur ore, & pectore:
Si sub tuorum gaudio
Vestigiorum sternimur:
Paulisper huc tu illabere,
Christi fauorem deserens,

Templ. m.
sive altare
eidem ex-
truitur.

2. Mach. 7.

2. Mach. 9.

* Ruptave

Vincit ty.
rannum in
morte &
post mor-
tem.Author S.
martyris
orationes,
apud Deû
imploiat.Festinitas
S. Vincentij
martyris.

Sensus grauari vt sentiant
 Leuamen indulgentiæ.
 Sic nulla iam restet mora,
 Quin excitatam nobilis
 Carnem resumat spiritus

Virtute perfunctam pari.
 Vt quæ laborum particeps
 Commune discrimen tulit,
 Sit & cohæres gloriæ
 Cunctis in æuum seculis.

VITA S. EPIPHANII TICINENSIS EPISCOPI, EDITA AB ILLIYS SVCCESORE B. EVODIO vel Enadio Episcopo. Descripta est ex mendoso codice, omiſſis quibusdam, quæ ob scripturam depravatam intelligi non possent.

SURIUS

qber
 uover
 RVIII
 5

22. Ianuarii.
 Cap. 1.



S. Epiphaniij patria.
 Parentes.

Fit Lector.

Cap. 2.
 1^{re} Notarius.

Vt sese gefert in iuuetate sua.

Gal. 6.

Cap. 3.
 Forma corporis eius.

ITAM beati Epiphaniij Ticinensis antistitis natus, inuoco spiritum sanctum; testem actum eius & comitem, ut ipsius auxilio gloriam serenissimæ conscientiæ, quam eidem celsit, tradam chartis victuris in seculo: vt exemplum prabitura virtutum, nunquam fama moriatur. Igitur vir insignis Epiphanius oriendo Ticinensis oppidi indigena fuit, patre Mauro generatus, & matre Focaria editus, quæ sancti etiam Mirocleis confessoris & Episcopi tan-gebat prosapiam, hominibus ex liquido ingenuitatis fonte venientibus. Porro sub decessore suo viro integerrimo Crispino pontifice cælestis militiæ tyrocinum fortitus, annorum termine octo Lectoris ecclesiastici suscipit officium, signo antè cælitus demonstrato. Nam dum esset in crepundijs lætenti infantia, fulsisse eius cunabula superno lumine videre quamplurimi, vt futuræ mentis claritatem lustrans eum & præcedens fulgor ostenderet, secutumque splendorem in moribus iam tunc typica luce signaret.

Notarum in scribendo compendia, & figuras varias, verborum multitudinem comprehendentes breui assecutus, in exceptorum numero dedicatus emicuit, cepitque iam talis excipere, qualis possit sine bonorum oblocutione dicere. Igitur processu temporis & laboris ad sextumdecimum ætatis annum diuino favore perductus, cana consilia in annis puerilibus meditabatur, & vernabat in illo præcæteris mater bonorum operum verecundia. Itaque famulabatur antistiti libens, vt si quid operis gereretur ab altero, grauius ferret subreptum sibi fuisse seruitium. Accipiebat senes grauius, iuuenes comiter, & coërcebat iam tunc facinorosos audacter. Erat primis subiectus, prioribus sancta iniungentibus obsecundus, equalibus blandus atque officiosus, sequentibus mera charitate communis: nulli se præferens, cum religioso cursu per cælestem tramitem omnibus anteiret. Laudationis amore vacuus, cum quotidie in eo laudanda adolescerent. Cumque res gloriæ dignas per horarum momenta consummaret, perire gloriæ fructum opinabatur atque mercedem, si prætulissent homines, quod soli Deo exhibebat absconditè. Apostolici memor oraculi, assentationes respuens, in semetipso, teste conscientia, pro boni operis recognitione plaudebat.

Ridebant genæ, etiam cum animus mœstitudine torpuisset: nitida simul labia commendabant dupliciter miella sermonum, nec non quocunque vertisset oculos, serenitatem mentis nunciabat ad spectus. Frons cereæ pulchritudinis & candidioris illius, quæ solis passa radios, colorem traxit ab æthere. Nares in tanto naturali splendore formata, vt illas nequiret imaginibus corpora representans pictor amulari. Manus teretes, prolixi digiti, de quibus alienigena aliquid gauderet accipere. Staturæ proceritas decens, quæ eminentiam securæ dignitatis præfiguraret in membris, nec tamen modum ornatissimæ prolixitatis excederet. Erat in eodem sermo ad doctrinam congruus, fabricatus ad blanditias. Ad intercessionem iam tunc prolixifex, ad corripandos singulos auctoritate plenus, ad exhortandos quosque necessario lepore dulcissimus. Vox sonora, succo virilis eloquentiæ condita: nec tamen

men agrestis, nec rustica, nec infracta, gradatimque à mascula soliditate deposita. Talis iam ad octauumdecimum ætatis suæ peruenit annum, in quo in seculo à Leuitis numero dedicatus, senum cœtibus adiunctus est. Stupuerunt quamplurimi, sed externi, qui mores illius cum ætatis immaturitate iungebant. Seram credebant dignitatem hanc redditam esse, qui nouerant. At ille venerabilis Crispinus Episcopus, fauoris nescius, pertinaci tenens districtione censuram, & quem nunquam nisi bona conscientia duxit ad gratiam, sic cum mulcebat sensibus, vt morderet obrutu: & sub specie frontis rigidæ, clandestinum circa discipulum nutrebat affectum. Pascebatur alumni sui optabili conuersatione pater, & in omnibus eius actibus oculos amœnabat. In quo tamen ille Subdiaconi ordine nihil amplius quàm biennio commoratus, meritorum suorum saltibus euectus exiliuit. Nec se diù intra angustias modici honoris anima est diuus pas-

Ordinatur
subdiaconus

Crispini Episcopi er-
ga cum se-
uera chari-
tas.

Cap. 4.
Fit Diaconus.

Dispensat
ecclesie fa-
cultates.

Eius ex-
imia casti-
tas.

Festinat ad Leuiticam dignitatem conscientia, quam nunquam vota præsumptant: exiebat conuersatio, quod desideria penitus ignorabant. Breui post ad Diaconij euectus infulas, vicesimum ætatis suæ ascendit annu, facie non bene barbata. Turbatur suscepti honoris tyrocinio homo, qui iam duces poterat implere Christianum. Singulorum pro pudore declinabat ad spectus, quæ vniuersa ciuitas quasi salutis signu aliquod attendebat. Interea supradictus antistes omnem ecclesiasticæ conuersationis substantiam & diuitias pauperum suorum in eius potestate committit, volens ante episcopatum cognoscere, qualem futuris temporibus præpararet episcopum: & cum sit, vix vt ab eorum personis, de quibus successione sentitur quâulacunque suspicio, inuidia temperetur, in istius gratia sibi credebatur perire sanctus papa, quicquid minus fuisset exhibitum. Quædam in illo sua, quædam volebat esse maiora. At ille quotidianis profectibus etiam cupidissimi in oratione genitoris vota transcendebat. Erat enim genitor eius, cum per euangelium, conceptum verbi celestis semine, foeta alius effuderat. Depudicitia iuuenis mei quid loquar! In eo domum suam constituerat castitas, & continentia radices fixerat in profundis. Virum se esse, nisi per patientiam laboris, ignorabat. Carnem habere, nisi cum moriturum se meminerat, nesciebat. Quoties tamen illum corporeus appetitus, sicut ab illo didici, ludebat imaginibus somniorum, illic ad vigilias sanctas, continuata ieiunia, standi diutissime necessitatem plena auiditate curreat: talemque bellatrix dextera animæ suis certaminibus reddebat carnem, vt illi opus esset postea pro necessitate succurri. Nec tamen resecto corpusculo, vtebatur ocio.

Vtebatur lectione pro requie, librorum venerabilium pro blandimentis instrumeta suscipiens: & ne crederetur tramitem verboru celeritate transuolasse, pingebat actibus suis paginam, quæ legisset. Si propheta fuisset in manibus, prophetantem vidisses amisso codice lectore. Si testamēti veteris recēsuisset volumina, Moyfi dignus æmulator incedebat taliter, acsi illum Israëlita per desertum agmina sequerentur. Si Apostolicorum lac verborum, & mel Dominicæ passionis, seueritatem legis condiens, scriptura index reuelasset, continuò ex ore ipsius dulciora factis verba fluxerunt. Postremò quod libri docuissent, vita signabatur. Domum taliter regebat ecclesie, vt nec profusione immoderata commissam pecuniam exhaureret, nec odia sordium pietate contraheret. Intercessionum etiam tunc certamina præludebat. Nam vbicunque pro remedijs miserorum Episcopi mittebatur imperio, tanta exiebat beneficium arte supplicandi, vt sentiret sibi in causis profuisse quamplurimum, ipsum per se Episcopum non venisse. Augebatur circa eum per singulos dies popularis affectus, & magnis successibus cumulabatur amor, qui ex iudicio descendebat. Desiderabatur in eo sacerdotium, cum nemo nutritoris eius optaret interitum. Postquam tamen inualida senectus, & semper de infirmitatibus querula, venerabilem virum Crispinum pontificem occupauit, istius sustentabatur manibus, in huius nitens erigebatur amplexus, cuius ministerio quicquid optasset fieri, ante iussione videbat impletum. Præsentunt enim bonæ mentes eorum desideria, quibus cum integritate famulantur.

Cap. 5.
Lectio eius.

*pecuniâ

Officiò
seruit EpL
icoposenia
grauato.

Talis in Diaconatu, à vigesimo incipiens, octo annos impleuit. Et quidem tunc status ecclesie Ticinensis bona clericorum fruge pollebat. Erant caelestes viri, quos iste à perfectione incipiens amabat. Fuit Syluester Archidiaconus

Cap. 6.

Multi in ecclesia Ticinensi viri ex Iuliano sancti.

ea tempestate, homo in vetusta disciplinarum instructione probatissimus fuit vir insignissimus Bonosus presbyter, tam nobilis sanctitate, quam sanguine: Gallus quidem profapia, sed celestis indigena. Fuerunt alij & numero plures, & virtute præstantes. Circa finem tamen vitæ, quem spiritu preuidebat sanctus antistes, Mediolanum vicinam expetiit ciuitatem, vbi nobilium germina messe quadam munere ingenuitatis excreuerant: quos visitationis gratia requisitos, talibus viri Dei sermonibus appellauit: Ecce filij, iam me ætas compellit ad transitum, iam originariam ad ius suum reuocat terra particulam. Commendo Ecclesiam, commendo hunc, cuius labori & gratiæ debeo, quod vsque ad hoc tempus vixi & grandæus & debilis. Corporea soliditas & virtus animæ, imbecillitatem meam portauit sine fastidio, cuius ambulauit pedibus, tenui aliquid manibus, vidi oculis, ordinavi sermone. Duo videbamur intuentibus, cum vnus per concordiam ferret ex duobus. Hæc Rustico viro illustri dicta penitus infederunt: qui in omni dicendi genere exercitissimus, tali est exorsus eloquio: Scimus, sancte pater, scimus & profunda consideratione perspeximus, iuuenem istum non oportere pro ætatis immutabilitate censeri, nec debere grauis consilij hominibus teneros pro quadam obice afferri annos. Vir namque cana morum integritate probabilis, geminata laude dignus est, si illi ad bonæ mentis imperium puerile corpus obtemperet. Viue tu tamen, vixit exemplum & forma bonorum operum, & vberiores in eo, si adhuc possunt creare, fecere, conuersationis fructus adiunge.

Cap. 7.

His dictis, conticuit: at ille pijsimus pontifex, beneuolentiæ eius impendens gratias, quod secum pari de discipulo existimatione sentiret, dicto vale discessit, atque Ticinum, quasi ad sepulcrum, festinans regressus est. Aliquantis vero diebus emensis, morbo regio perfrusus, lucem seculi nostri superna habitatione communitauit. Extemplo in istum bonorum omnium consensus adducitur, magnus illico in tota vrbe concursus: rapitur à lamentatione funebri in gaudium populi consecretandus antistes. Flebat iste intemperanter dolore mortis paternæ, cui reddi debitas aliquas lachrymas, promiscuæ multitudinis lætitiæ non sinebat. Rehibere in quantum poterat, & indignum se iam Apostolica imitatione clamitabat: sed tantum magis surgebat in eo dilectio cunctorum, quantum in multitudine magna solus erat, qui se vocitaret indignum. Nunc quid pluribus vras, qui omnia explicare non valeo? Finitimarum ciuitatum iunguntur studia, & attrahitur tanta collectio, ac si initiandus esset totius orbis Episcopus. Ducitur Mediolanum adhuc reluctans, & magna si dimitteretur munera promittens, qui vix fieret, noluit spondere vel minima, Consecratur cum omni celebritate cunctorum: exultat mundus de tam sanctæ ordinationis insignibus. Extraneorum habitatores vrbium tanto setripudio iactabant, quasi ipsis propriè profuturum infula sacerdotalis exciperet.

Cap. 8.
Oratio eius ad Clerum

Exacta ergo dedicationis suæ tempore, conuocatisque vniuersis presbyteris ac ministris, talibus eos instruxit ac confortauit alloquijs: Quamuis me, fratres charissimi, inter primordia immatura titubantem, iudicij vestri & susceptæ dignitatis oppresserit pondus, memini tamen quam magna vestræ gratiæ debeam, cui maxima contulistis: & licet vobis parendi magis quam iubendi habuerim voluntatem, mutavi tamen per officium personam, seruendi anime non omisi. Estote pacifici, estote vnanimes, onus meum mecum diuidite. Fit enim ad portandum facilis sarcina, quam multorum colla sufferant. Meam vobis communionem seruandam cum omni humilitate polliceor, ne que futurum esse quenquam, qui me nisi cum Deo meo possit offendere. Authorem bonorum operum seruate pudicitiam. Et ne iniuriosum putetis, quod grandæuos & presbyteros de continentia & integritate seruanda puer appellat: conuersatio, non anni aut adolescentiam aperit, aut senectam. Speculamini meæ conuersationis itinera, & si indignum aliquid cognoscitis, coercete. Nemo ecclesiæ principem admonere timeat, si probat errantem. His ita dictis, conticuit. Surrexerunt omnes, & consona quique ex meditatione pristina, sub momentanea tamen voce dixerunt: Aue pater probatissime. Aue pontifex singularis. Bonum te quidem vniuersorum sensit electio, sed optimum te tua attestantur alloquia. Crescis sanctis meritis apud conscientiam nostram, & aperiris luce operum supra quam porrigebatur opinio. Quibus breuiter perstrictis, suscepto omnes manere discesserunt.

Pudicitia author bonorum operum.

SURIUS

q. ter
vobis
RVIII
5

DE S. EPIPHANIO EPISCOPO TICINEN.

31

Mox sibi beatus antistes proprio ore leges, quibus se posset tenere, dictauit. Pri-
mum statuit non lauandum, ne nitorem animæ & inferioris hominis fortitudi-
nem, balnea magis sordibus amica confringerent. Demum decreuerat nunquam
esse prandendum: sed ne propositi sententiam superuenientium vis illa temera-
ret, & autiastantiæ nebulis, aut auaritiæ fama læderetur, definiuit nunquam sibi
coenandum: ut commutatio horarum, ac per hoc semel in die reficiendi tem-
pus afferret. Cibos iussit sibi placere uiliores, nihilque in apparatione ciborum
nares saporemque suum posse offendere, nisi aromatibus condiretur. Holerum
& leguminis pascebatur epulis, sed neutrum horum usque ad satietatem capiens.
Vini quiddam parum: quam tamen exiguitatem, Apostolicæ admonitionis me-
mor, fumebat ob stomachi cauendam debilitatem. Procedendum censuit om-
nibus, in quolibet aeris terrore maturius, ita ut vigiliarum formam lectoribus an-
tecedens ad ecclesiam præberet Episcopus. Postquam uero ad altaris confinia per-
uenisset, nullam deliberauit futuram esse necessitatem, qua inde nisi impletis so-
lennibus posset abduci. * Iunctis pedibus usque ad consummationem mystici ope-
ris stare se debere constituit, ita ut humore vestigiorum locum suum depingeret,
& longè adspicientibus indicaret. Intercessionum sibi tantam proposuit curam,
ut ipsam se miseris inferre crederet molestiam, quam per negligentiam à quibus-
cunque permisisset inferri. Ad patientiam laboris tempore ocij ut necessitati suffi-
ceret, corpus aptauit. Hoc sibi uiuendi pragmaticum vel disciplinæ dogma propo-
suit, aggressus est, seruauit, impleuit.

Mox uero per uniuersum mundum sanctam illius conuersationem illa, quæ li-
tè in gloriois tardior esse solet, fama non tacuit, sed ad aures Recimeris, qui tunc
secundis ab Anthemio principe habenis Rempubliam gubernabat, detulit. Nam
Imperatore Romæposito, seminarium inter eos iecit scandali illa, quæ domi-
nantes sequestrat, inuidia, & par dignitas, causa discordiæ: Surrexerat enim tanta
rabies atque dissensio, ut mutuo tela præpararent, & præterquam origo irarum
propriis suggerebat stimulos, his ipsa circumstantium consilio nntriebatur. Nuta-
bat status periclitantis Italia, & affligebatur ipsis discriminibus grauius, dum expe-
ctabat futura discrimina. Interea apud Recimerem patritium, Mediolani ca, tem-
pestate residentem, fit collectio Ligurum nobilitatis: qui flexis genibus, solo-
que prostrati pacem orabant principum, & ut à scandalo utraque partes desi-
nerent, occasione gratiæ ab vna precabantur offerri. Quid plura contexam?
Mulcetur Recimer, & uelle se reparare concordiam, permotus multorum fle-
tibus pollicetur. Sed quis, ait, potissimum huius legationis pondus accipiet,
quem tantæ molis cura maneat? Quis est, qui Galatam concitatum reuocare pos-
sit, & principem? Nam semper cum rogatur exuberat, qui iram naturali modera-
tione non terminat. Tum vno omnes ore responderunt: Vester tantummodò ad
pacem declinet assensus. Est nobis persona, nupèr ad sacerdotium Ticinen-
sis urbis adscita, cui & beluæ rabiæ colla submitunt: cui ante preces offera-
tur beneficium, quod à quolibet petiturus aduenerit. Cui est vultus vitæ simi-
lis, quem venerari possit quicumque, si est catholicus & Romanus: amare cer-
tè, si videre mereatur, & Græculus. Iam si ad sermonem eius veniamus, nun-
quam sic diras aspides verborum digitis incantator Theffalus violentis pote-
rit euocare carminibus, quomodò ille effectum petitionis suæ etiam à nega-
turi extorquet. Pendet in arbitrio eius cum loqui cœperit, sententia audi-
entis.

Tunc patritius Recimer ita respondit: Detulit ad me hunc hominem, quem
exponitis, fama gloriosum, & in hoc admirationi magis mihi est, quod omnes
habeat laudatores. Ite ergò, & rogate hominem Dei, ut ambulet: iungite et-
iam meas preces. Egressi de concilio, statim Ticinum petunt, causam narrant,
sufus, ut istum laborem susciperet, beatus Epiphanius rogatur lachrymis: Qui
ne extenuaret beneficium, si filios diutina supplicatione torqueret, antecessit
desideria postulantium: quos tamen taliter allocutus est: Quauis tantæ rei
necessitas probatissimæ personæ pondus inquirat, & titubet sub graui fasce
portitor immaturus: affectum tamen, quem debeo, patriæ non negabo. Qui-
bus breuiter narratis, quomodò erat loquendi parcus, ad Recimerem patriti-
um perrexit: à quo simul visus & electus est: Mandato igitur sibi legationis

Cap. 9.
Leges viuē
di ipse sibi
præscribit.

Vitæ eius.

1. Tim. 5.

for. * Nu-
dis.
Nudis
pedibus di-
uina tra-
ctat myste-
ria.

Cap. 10.
Vide Nicē
phor. Hist.
Eccles. lib.
15. cap. 11.

Egregia S.
Epiphani.
praconia.

Cap. 11.

Modestia
eius.

Mittitur legatus ad Anthemium Imperatorem.

Ut Roma nis exceptis sit.

Cap. 12.

Oratio eius ad Anthemium Imperatorem.

2. Reg. 24.

Attende singulari eius prudentiam.

Cap. 13. Imperator ei respondet.

Filia Anthemii Imperatoris nupsit Recimeri.

ordine, Romam, petijt. In quo itinere quid molestiarum sustinuerit, quidve virtutum gesserit, festinans, ad maiora prætereo. Mox tamen ut supradictæ urbis portas ingressus est, fama quæ illum absentem notum fecerat, digito cepit ostendere. Conuersi ilico omnium oculi, stupuere mentes attonitæ: quod tantam sibi exhiberi reuerentiam imago eius index sanctitatis requireret, inexpiabilis seculæ reum fatebatur. Quilibet potentum genua eius amplexus est: tollebat clamor in cælum: nemo illum mortalium numero computabat, cui omnia cælestis gratiæ videbant bona constare.

Perfertur ad principem Anthemium, studio legationis episcopum venisse Liguriæ, hominem quem nullus possit, etiam diues eloquio, sufficienter exponere. At ille: Callida, inquit, mecum Recimer & in legationibus suis arte decertat. Tales dirigit, qui supplicatione expugnent, quos ille laceffit iniurijs. Perdicite tamen ad me hominem Dei: qui si possibilia precatur, admittam: si difficilia supplicabo ne excusationem meam grauetur accipere. Dubito tamen an Recimer apud me quod poscit obtineat: quem scio in conditionibus proponendis rationis terminum non tenere. Sed veniat directus antistes, & laudatam iam pridem præsentem effigiem. At venerabilis & seculis omnibus probatus pontifex, posteaquam introgressus est, sermonis proferendi donatus licentia, quantum fugitiuæ potestatis insignia, ostrum gemmasque rutilantes reuerendæ imaginis fulgore compresserit, (Etenim quasi absente Imperatore, ita in se oculos traxerat singulorum) tali tamen narratione incipiens, ianuam oris referauit: Summa cælestis Domini, venerandæ princeps, est ordinatione dispositum, ut cui tantæ Reipublicæ cura mandabatur, per Catholicæ fidei dogma Deum & auctorem & amatorem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem pacis arma confringunt, & calicans colla superbiæ concordia superat, quod fortitudo non præualet. Sic namque

Dauid prædicabilem parcendi magis inimico animus reddidit, quam inuentio vindicandi. Sic perfecti seculorum Reges & domini supplicantibus indulgere cælesti arte didicerunt. Supernæ namque dominationis instar possidet, qui imperium suum pietate sublimat. Hoc itaque Italia vestra freta iudicio, vel Recimer patritius, paruitatem meam oratum direxit, indubitanter conijciens, quod pacem Romanus Deus munus tribuat, quam precatur & Barbarus. Erit enim vestris propriè profuturus triumphus annalibus, si sine sanguine viceritis. Simul nescio, quæ species fortior possit esse bellorum, quam dimicare contra iracundiam, & fortissimi Getæ pudorem onerare beneficijs. Grauius enim percellitur, si postulata impetret, quem puduit hætenus supplicare. Tractandus demum anceps belli euentus: in quo tamen si ita præualuerint peccata certamine, vestro regno defraudabitur, quod partes utraq; perdiderint, Nam quæcunque apud Recimerem, si amicus est, salua sunt cum ipso à vobis patritio possidentur. Cogitate pariter, quia bene causæ suæ ordinem dirigit, qui pacem prius obrulerit. Hætenus admirandus pontifex profecutus, loquendi finem fecit.

Tunc alto trahens verba suspirio, princeps erigens oculos, ita orsus est: Quantum inexplicabilis mihi, sancte antistes, aduersus Recimerem causa doloris sit, quod nihil profuerit maximis eum à nobis donatum fuisse beneficijs, quem etiam (quod non sine pudore & regni & sanguinis nostri dicendum est) in familiæ stemma copulaui, dum indulsumus amori Reipublicæ, quod videretur ad nostrorum odium pertinere. Quis hoc namque veterum retrò principum fecit vnquam, ut inter munera, quæ pellito Getæ dari necesse erat, pro quiete communi filia poneretur? Nesciuius parcere sanguini nostro, dum seruamus alienum. Nemo tamen hoc credat propriæ causa factum esse formidinis, nam in tanta circumspeditione salutis omnium, solum pro nobis timere non nouimus. Bene tamen apud nos compertum est, perire Imperatori laudem suæ virtutis, qui pro aliorum cautela non metuit. Sed ut tuæ venerationi ad liquidum conatus illius aperiamus, quoties à nobis maioribus donis cumulatus est Recimer, toties grauior inimicus apparuit. Quanta contra Rempublicam præparauit? Quantas externarum gentium per illum vires furor accepit? Postremò etiam ubi nocere non potuit, nocendi tamen fomenta suggestit. Huic nos pacem dabimus, hunc intellatum sub indumento amicitiarum inimicum sustinebimus, quem ad fœdus concordia nec affinitatis vincula tenuerunt? Grandis cautio est aduersarij animi

SURIUS

g. ber
Nomen
RVIII
5

DE S. EPIPHANIO EPISCOPO TICINEN.

33

num cognouisse, & cum hostem protinus sensisse, superasse est. Perdunt semper deprehensa odia stimulos, quos occultata conceperant. Postremo si solita calliditatis astutia etiam te sefellerit, certamenque iam vulneratus assumat, me tamē statumque Republica tujs committo & commendo manibus, & gratiam, quam supplicati & profuso per se Recimeri negare disposueram, per te primus exhibeo. Quis tibi enim excusare praesumat beneficium postulanti, cui oportuerat ante praesces offerri? Hæc Imperator.

Imperator
pacem facit
ad sacri an-
tistitis sup-
plicationē.

Cap. 14.

At venerabilis sacerdos: Gratias, inquit, omnipotenti Deo, qui pacem suam principis menti inseruit, quem ad instar superni dominatus vicarium potestatis suæ voluit esse mortalibus. Quibus breuiter narratis, discessit, festinans ad Liguriam reuerti, quoniam resurrectionis Dominicæ tempus instabat, per quod maceratis ieiuniorum cruce corporibus, carne frigida, spiritus hilaris recalesceret, dum à redemptore nostro moriendo mors vincitur, & fidelis spei cibus anima sa- ginatur.

Ieiuniorū
cruce maceratur cor-
pora.

De Tholosanis partibus aliquando regrediens, singula sanctarum habitatio num loca visitabat, vnde singulos vitæ flosculos decerpit ex omnibus, quos in se boni germinis fomes insereret, & ad maturitatis tempus grauida pomis cælestibus arbor adduceret. Crescente laudum cumulo, in eo humilitas pariter sentiebat augmentum. Igitur dum talibus se disciplinis & laboribus Christi & Dei nostri operarius exerceret, ecce ille quietis nefcius, & scelerum patratore inimicus magna dolorum incrementa conglutinat, & inquit quibus virum integerrimum passionibus lacefferet. In eiusdem anni peribolo summa dæmonum turba de obsecro cooperunt clamare corporibus, flagris se & cruciatibus nimis vt fugerent, sacerdotem Epiphano imperante, compelli. Quos ille, modica cum seruo oratione profusa, ad extrema terrarum confinia transmittet, ac diuersis vocibus euilantes, meritorum suorum vrgebat imperio. Sed cum talia iugiter per Christi gratiam faceret, nihili sibi de praesumptionum flatibus assumebat. Tollit enim illis boni meriti potentiam, quibus supercilium fiducia benignitatis attulerit. Sed quid frustra gestio singulorum species laborum eius vel formas eloqui, dum, quod non explicat possibilitas, praesumat affectus, datque terminum latiora, opinantibus sermonis angustia?

Cap. 15.

Crescit in-
ter laudes
hominum
eius humi-
litas.

S. Epiphani-
us profigat
dæmones

Cum autem beatissimus cerneret pontifex, sarcina carnis abiecta maturius se ad purum ætheris euolare fulgorem, lato animo ac vultu sereno, hymnis & canticis resonans, ad sedem suam cælestis anima remeabat. Illud itaque silentio praetere non debeo, quod eius sanctæ reliquiæ vsque in diem tertium, quo cum summa veneratione reconditæ dinoscuntur, tanto lumine ac decore vestitæ cuncto- rum visæ sunt oculis, vt splendorem vitæ vultus signaret defuncti, & depositam gloriam iam tunc percepisse gloriosum vas crederetur, in quo verè fuit thesaurus magni Regis inclusus. Quæ fuerunt ibi flumina lachrimarum, qui planctus silebo ne post anno sa curricula nouellum dolorem scriptor incutiam. Sed quæso iam temperemus à luctibus, contractam tristitia resoluamus frontem. Excelsa cum Deo possidet, cuius obitum moeremus in terris. Intellego quod nunquam ad flentem flens bene veni at consolator. Hæc sancto patri & doctore peritissimo, idoneus affectu, non scientia impendi, vt aliquos de conuersatione eius flosculos re- legerem, vt est longum iter agentibus in vsu positum, qui non omnes obuias consulant. Tu mihi anima praepotens apud redem- ptorem tribue, vt pectore liber & cura vacuus, mun- da tibi sicut debentur praconia mun- dus exoluam.

Cap. 16.
Feliciter
emigrat
vita.

for xrepositam
Splendor ex
defuncti con-
pore egredi-
ditur.

Author eū
inuocat.

VITA

possit. Tāto sensus stupore prædita, vt multorū annorū spatio suauitatem cibi non sentiens, ingēti molestia, tantum ne moretur, cibo vsa sit. Cacodamone agitato, quos decē vix homines retinere & cōpescere poterāt, ipsa manu apprehētos, & nequaquam obstitētes, diuina virtute, abire caedamone iussu, liberauit. Hydrope laborātem puerū solo manū contactu, cum Deū esset pro sanitate illius precata, incolumem remisit. Leonē Gentilis filium, pedibus cōtortis, sic vt ambulare nequiret, natum sanauit. Sed talia si narrare velim, nimium lōga traheretur oratio: ipso enim relatu latius patēt, qui testes, iussu Pauli terrij Pont. Max. postulāte Friderico Gonzaga, Duce Mātiano, Rauennæ, his de rebus, ab Iohanne Francisco Pettito, vrbis Moderatore, quæstione habita, hæc, quæ modò memorauimus, multaq; præterea, anno sesquimillesimo trigesimo septimo iurati narrauerunt: id curantibus Petro Andriolo, Roberdo Aldrouādino, Vbertello Gordio, Iohanne Franco, Marco Antonio à Porru, & Aloysio Pritello, qui tum Rauennatē sapientum Magistratum gerebant. Verū illud silentio non inuoluerim, quod Antoius Blanchinus Ruffianus refert, vxorem suam tenuioris intestini morbo, in quo stercus superiora petebat, qui que à medicis exitialis putatur, octauum iam diem laborantē, cum pro illius sanitate Deum hæc virgo precata esset, sanitati protinus restitutam: Barnabam quoque, Pasquæ Rauennatis, quæ vxor Aloysij Merlini fuerat, patruū, cum factum, visui restituit.

Multa opē
ratur misa
cula.

Aegrā eū
ratur.

Itē cæcus.

Cum verò tandem tres & sexaginta annos nata, in febriculā incidisset, ipsa mortem præsentiens, plurimum de rebus diuinis locuta: cumq; ad extremū esset, asurgens, animā exhalauit: feruntq; Gentilē testari solitam, tūc se cælitres vidisse, qui ad magistratū migrantē ex corpore animam accipiendam, accesserāt: Ob idq; in extremo ipsam venerabundam assurrexisse. Fuit is annus ab ortu Christi quintus supra millesimū quingentesimum, decimo Calēd. Febr. Per duos dies cadauer sanctū inscultum seruātū est, quo tempore, cum sudore facies tāquam rore madesceret, Gentilisq; assidua magistratū comes, linteolo, quo ad emigendas nares vtimur, deterfisset, linteolum ad ignem exiccatum, violarū suauissimum odorē afflauit, qui multis etiam deinde annis in eodem linteolo pertrāsit. Sepulta est Rauennæ in D. Apollinaris noui, sepulcro satis ignobili: quod cum posterioribus annis dirutum esset, Laurētius Oriolus, qui illius consuetudine ac monitis plurimum profecerat, maximeq; eam venerabatur, id putans propterea contigisse, quòd alibi sepulcrum sibi virgo delegisset, venia ab eius loci ædituis impetrata, ossa, summa veneratiōe in sacco collocata, a seculo imposuit, Deū precatus, eamq; virginē, vt quo sepeliri vellet, ire a seculo iuberent. Afellus, nullo strepitu, signōve impulsus, rectā per eum viciniam, cui Plateæ maiori nomen est, ad vrbis muros progressus, dextrorsum flexit, per Vrsianam portam, occidente iam sole, egressus est: inde per suburbium, secundum Virim amnem, cum maliquantulum processisset, secundo ab vrbe lapide amnē traiecit, semperq; obstrepēte nihil Laurentio, sed ingente religione ac veneratiōe mysteriū cōsiderante, progrediens, ad Montonem amnem cum peruenisset, illum etiam haud procū ab D. Marci transmittēs, viam secundum flumen arripit: cuius coepi itineris, non mediocris ad virum pium, qui rem tacitus considerabat, lætitia peruenit, quòd putabat fore, vt ad suæ gentis ædiculam, quorsum ibat, inde haud procū, deferendum cadauer esset. Sed ibi cum peruenissent, non perstitit afellus, at progressus ad D. Pancratij se contulit. Iamq; multum noctis transierat, & sub arbore satis ingenti, quòd non procū aberat ab eius templi valuis, magnus nitedularum numerus conuenerat, quæ tantum afferebant lucis, vt miraculum iudicari facile potuisset. Ad hunc se locum afellus contulit, ibiq; cum perstitisset, pedem amplius non extulit. Vir pius ob id intelligens, virginem sanctam decreuisse eum sibi sepulturæ locum, fossa facta, tumulo ossa composuit, humoque obruit: & confestim nitedulis euanescentibus, nox intempesta tenebras suas offudit. Multa posterioribus temporibus, ad hanc diem, illi nuncupatis votis miraculia impetrata sunt, quæ nostri instituti non est referre: cum hæc, Seraphinus Furmanus, Canonius Lateranensis idem & Portuensis, vir eloquentia & do-

Sanctissimus obit
cius.

Odor suauissimus emanat ex sudario eius.

Miraculū in translatione corporis eius.

Itē signa ad sepulcrum eius.

ctrina, vitæque integritate præstans, in commentariolo, quem scripsit de huius virginis & Gentilis vita, latius expresserit.

VITA

DE S. BATHILDE REGINA FRANCIAE.

culū, secreto se vt sagax puella abscondit in angulo domatis, & subiecit se vilibus panniculis, vt nemo putaret illic aliquem latere potuisse: atq; vt prudens virgo & astita iam tunc honores vanos fugiens, & humilitatem ac castitatem diligens, tentabat, vt poterat, humanū deuitare torum, quantenus mereretur ad spiritalem caelestemq; peruenire sp̄sūm. Sed & illud proculdubio agebatur diuina prouidentia, vt princeps eadem tūc quaesitam minimē inueniret, quatenus, ad cōiugium sibi aliam sociaret. At postquam idē dux alteri nupsit, tandem Bathildis puella quaesita & inuenta, sed à prædicto principe minimē est contracta. Nutu diuino factum esse creditur, vt, quæ principis nuptias deuiterat, postea Clodouem Dagoberti quōdam regis filium in * coniugium acciperet, & merito humilitatis ad altiorē gradum eā atolleret. In quo diuina dispensatio eandē honorare decreuerat, vt, dum regis ministrū contēpserat, ad regis copulā perueniret, atq; ex ipsa regalis progenies procederet. Quod idē peractū est, sicut omnibus patet, vt ipsa, quæ erat ex regali progenie, regiā sumeret copulā, regalēq; gigneret sobolē. At ipsa, collata sibi à Deo prouidentia gratia, vigilanti studio & regi obtemperabat vt domino, & principibus se ostendebat vt matrē, sacerdotibus vt filiā, iuuenibus siue adolescentibus vt piā nutricem: eratq; amabilis omnibus, diligēs sacerdotēs, vt patres, monachos, vt fratres, pauperes, vt domesticos: peregrinos, vt filios (quia & ipsa peregrina fuerat) amplectebatur. Viduis, orphanis & pupillis subsidia vitæ ministrabat, & omnibus omnino debilibus opē ferebat. Iuuenes quoq; ad religiosa studia exercēda semper commonebat, ac regi humiliter assidueque pro ecclesijs, & pauperibus suggerēbat. Iam enim sub seculari habitu Christo militare cupiēs, frequentabat orationē, quotidie commendans se cum lachrymis Christo Regi caelesti. Cui ipse rex pius consulens iuxta suam & deuotionem eius, vt plenius hæc, quæ mente conceperat perficeret: venabilem virum Genesium Abbatem ad subleuamē ac supplementum adiutorij contulit. Per cuius manus ministrās ipsa sacerdotibus & pauperibus, pascebat ipsa egenos, & induebat vestibus nudos, studiosēque sepeliri ordinabat mortuos. Dirigebat quoque per ipsum ad cœnobia virorum & sacrarum virginum auri vel argenti non modica pondera. Quæ omnia isdem Dei famulus Genesius, qui postea Christo largiente Lugduno Galliæ est ordinatus Episcopus, suscipiebat: tunc enim in palatio Francorum erat assiduus. Per ipsum siquidem, vt diximus, ipsa beata mater Bathildis vnā cum regis Clodouici imperio, de cuius prosperitate & sanitate indelicenter sollicita erat, suggerente etiam prædicto Dei famulo, multis pauperibus loca per diuersa pro vita regis largissimam distribuēbat elemosynam.

C A P. II.

Interea dominus rex Clodoueus vir eius, gratia euocātē diuina, xvij. regni sui anno rebus exēptis humanis migravit à seculo: relictaq; sobole filiorū cum matre, suscepit illic filius eius Lotharius rex, Francorū regimen. Et suffragantibus præcellentissimis principibus Chroberto Episcopo Parisiaco, & domino Audoeno Rothomagēsi, seu Ebroino maiore domūs cum reliquis senioribus vel cæteris quam plurimis regni honorem quærentibus, ad regimen Francorū in pace constituitur. Austrasij quoque pacifico ordine, faciente domina Bathilda, (per consiliū quidem seniorum) receperunt filium eius Childericum regem in Austrasiam, factique sunt Burgundiones & Franci ex illo tempore vniti. Et credimus quia, Deo gubernante, iuxta dominæ Bathildis magnam fidem accidit, vt ipsa tria regna, quæ antea distuldebant discordia, tunc inter se tenerent pacis concordiam.

C A P. III.

Factū est præterea per eā nutu Dei, exhortatibus sacerdotibus, vt hæresis Simoniacæ, quæ prauo vsu maculabat tūc Ecclesiā Dei, (dando scilicet contra instituta Canonū pro adipiscēdis & cōferendis episcopatus vel presbyteratus seu reliquorū ordinū gradibus præmiorū munera) à catholicis viris pelleretur penitus, & hoc impiū nefas prohiberetur, nè vllus præsul pro percipiēdis vel dādis sacris gradibus daret aliquid aut acciperet. Ordinavit etiam immo per eā Dominus, vt & alia pessima cōsuetudo cessaret, pro qua multo plures homines filios suos magis mori quā nutrire optabāt, dum de eis videbāt exactiones fieri. publicaq; , ex antiqua cōsuetudine, mala vrgebātur accipere, vnde grauissimū rerum suarū pariebatur damnum. Quam nequissimē cupiditatis avaritiā ipsa pietate plena pro mercede æternæ retributionis prohibuit, & vt in perpetuum seruaretur legibus tradidit: ex quo factū est.

37
Abscondit se, ne fiat eius vxor.

al. x. coniugem.
Clodouæ
2 Rex eam ducit vxo. rem.

Vacat misericordias operibus.

S. Genesius Lugdun. Archiepiscopus.

Istius S. Audoeni vita habetur 4 Tomo, 24. Augusti.

Meritis S. Bathildis pax redditur Fræcis.

Damnat Simoniacos & Giezas.

Odit omni avaritiam.

d piofa.

Quantum pro costruendis monasterijs concesserit diuitiarū.

Construit Calēse monasterium.

Nō vult vt bona monasterij quouis modo alienentur.

SURIUS

q. d. ber-
nover

RVIII

5

piofa merces valde à Domino reddita ei manet. Quis enim valet enarrare, quanta & quam magna comoda per religiosorum coenobia virorum & sacrarum virginum largiendo integra praedia, & sylvarum aditus ad cellulas seu monasteria construenda concessit? Cui etiam non videbatur liberalitas magnarum rerum quas per diuersa coenobia conferebat ad votum sui desiderij esse sufficiens, si non & ipsa inter ceteras & peculiares Dei casas monasterium construeret, quod caelum esset adspiciens. Pro qua re iam quasi pelagus seculi calcas, coenobium Kale sanctimonialium virginum in pago Parisiaco, vnde circumfluente Matronae fluminis decemissime edificauit. Quae locum villis affluentiis & quampluribus cum earum redditibus amplificauit & exornauit, & in potestate sub religione ibidem viuendum sacrarum virginum tradidit: quarum quidem vocabula propter tardum quorundam legentium reticui. Illud vero inferere curauit, quod rectoribus eiusdem loci valde timendum est. Nam preceptum super ijs constituit, & manibus proprijs ac filiorum consignauit, ac regum sigillo roborauit: In quo testamento interminata est per inuocationem sanctae Trinitatis & diei tremendi iudicij, vt nemo per succedentia tempora rector quilibet eiusdem loci quicquam de ijs villis, quas in usus diuersos eiusdem coenobij habitantium contulerat, subtraheret, aut beneficarios exinde haberet: quod si fecisset, poenis infernalibus cum Iuda traditore nequissimo & cupidissimo afflictus sine fine puniretur. Ipsum quoque testamentum, qui quiescit, in archiuo eiusdem ecclesiae reperiret. In hoc etiam coenobio venerabilem religiosamque valde Dei famulam Bertiliam, quam ex monasterio Iodro euocauerat, in locum matris primam constituit. Vbi & ipsa acceptabilis Deo & electa margarita Bathildis deinde conuersari sub integrae religionis regula, & in pace quiescere decreuit, quod in veritate, prout tempus postea permisit, deuota voluntate compleuit.

CAP. IIII.

Psal. 67.

Omni uolenti bonum Deus administrator est.

Prater eundem quoque non est, quia ad laudem Dei pertinet quicquid in sanctis suis & electis mirabiliter operatur, sicut scriptura dicit: Mirabilis Deus in sanctis suis. Cuius quidem Spiritus paracletus est cooperatore interius per bonam uoluntate, dando praecipua vitae aeternae, ut scriptum est: Omni uolenti bonum Deus cooperator est & administrator. Quod utique in ista sacra & clarissima, vnde sermo agitur, domina Bathilde ueraciter ac liquido claret ostensum. Vt enim uerba loquamur, neque nostra neque cuiuslibet, ut arbitror, lingua, omnia eius, quae operata est, bona, in consolationibus pauperum, in aedificijs & adiutorijs ecclesiarum Dei, in opportunitatibus omnium indigentium, uel qualia aut quanta in incommoditatibus commoda exhibuerit, enarrare ualet.

CAP. V.

Extruit Corbionense monasterium. Theodofredus primus Abbas Corbionensis.

2. Cor. 9.

Matth. 6.

Nec illud etiam est reticendum inter praecipua quae fecit, quod monasterium, cuius uocabulum est Corbeya in pago Ambianensi suo opere fundotenus struxit, ac deuotum gregem monachorum inibi esse constituit. Vbi & venerabilis uir dominus Theodofredus nunc Episcopus, tunc uero Abbas magno gregi fratrum praefuit, quem de Luxouio monasterio praefata domina Bathildis à reuerendissimo uero Uualberto Abbate experituit, & ad praedictum fratrum coenobium condirexit. Ipsum autem monasterium sicut à fundamento, ita uillis & praedijs omnibusque sumptuum necessitatibus fundauit & ornauit. Quo in loco eius memoria, ut decet, uenerabiliter recolitur, atque laus eius, quando in hac ualle plorationis spiritus humanos rexit artus, canetur. Domino etiam Philiberto Gemmeticensis monasterij Abbati, magno & religioso uiro, syluam magnam ex fisco, ubi ipsum coenobium fratrum situm est, magnaue munera & partus de fisco dominico ad ipsum monasterium construendum concessit. Multa quoque talenta argenti uel auri domino Laygoberto Corbionensis monasterij Abbati cum uillam quadam, cuius uocabulum à memoria recessit, ad opus seruorum Dei illic habitantium contulit. Sed & ipsum regale, quo cingebatur, cingulum à sacris lumbis abstulit, fratribusque in eleemosynam dedit, totum hoc agens & dispensans benigno animo & hilari, sciens scriptum: Quia hilarem datorem diligit Deus. Tante ipsa beata anima thesaurizabat sibi ex terrenis pecunijs thesaurum in caelo, ubi fur non appropriat, nec tinea demolitur. Similiter & ad Fontinellam & Locum quodam plura concessit beneficiorum compendia. Ad Luxouium etiam & ad reliqua Burgundiae monasteria uillas per plures ad integrum concessit; & pecuniam innumerabilem direxit. Ad Iorum quoque monasterium, vnde sacras uirgines cum praefata

DE S. BATHILDE REGINA FRANCIÆ.

39

præfata domina Bertilia Abbatisſa ad cœnobium Kalenſe direxit & acceſſit, villam nouam ſitam in pago * Vermadefi cum pluribus alijs muneribus, quibus ipſam locum honorauit & ditauit, deuotè contulit. Monafterij quoque ſanctæ Faræ non immemor fuit: quia villam quandam cum ſepè datis muneribus ac largiſſimis donis eidem delegauit. Ad baſilicas, necnō & eccleſias, ſeu ad monaſteria ſanctorū viro- rum ſacrarumque virginū Pariſiacæ vrbs villas laudabiles ac multas condonauit, & muneribus plurimis amplificauit. Sed, vt diximus, enarrare nō ualemus vel media dicere per ſingula, quæ ipſa Dei cultrix & amatrix in omnibus, ꝑut potuit, perfecit bona. Nunquā ab ea deſuit bonū, quia Deū amat ac ſummo ſtudio diligebat illum.

for. * Viro mandenſi.

Multas vil- las, ſyluas, & prædia monaſte- rij cōſert.

CAP. VI.

Raterire verò non debemus, quòd per præcipuas ſanctorum baſilicas, almi ſcilicet Dionyſij, & diui Germani, beati Medardi, ſancti Petri, ac domini Ania- ni, & ſancti Martini, vel vbicunquè eius potuit diuoſci notitia, pontificibus ſeu ab- batibus ſuadendo pro zelo Dei præcepit, & epiſtolas eis direxit, vt ſub ſancto Re- gulari ordine fratres in ipſis ſanctis locis cōſiſtentes caſtè & ſobriè viuere facerent. Et vt in hoc libètiùs acquieſcerent, priuilegium eis religionis firmari à filiis fecit, & immunitates conceſſit, vt meliùs eos delectaret pro rege, & pace, ſūmi Regis Chri- ſti clementiam exorare.

Præcipit vt regularis disciplina in monaſterijs ſeruetur.

CAP. VII.

Illud etiam cōmemorandum eſt, quòd ad mercedis eius cumulū pertinet: quia captiuos homines Chriſtianos vèdere prohibuit. Deditque præceptiones per ſin- gularū vrbiū regiones, vt nullus in regno Francorū captiuum hominē Chriſtia- num penitus in aliud regnū tranſmitteret. Dato etiā iuſtæ remunerationis precio plurimos captiuos redimi præcepit, & quosdā liberos relaxauit, quosdā verò cum religionis habitu ſub regula in monaſteria tranſmiſit. Præcipuè autē de gente ſua vi- ros & puellas, quas ipſa nutrierat, ſicut ſemetipſam Deo commendauit, & cœnobi- alem vitam ducere inſtituit. Quantos autem, maximè domesticos, de vtroque ſexu blandièdo inducere potuit, eos per ſancta monaſteria commendauit, & vt pro- ſe, viroque deſuncto, ac filiorum ſalute, necnon & regni pace, piū Dominum exo- rarent, præcepit. Tantam enim gratiam diuina clementia eidem conceſſit, vt ſuaſi- one proficua, & eruditione magnifica multos à ſeculi vanitate depreſſos abſtrahe- ret & ſub iugo Chriſti, quod leue eſt, ſupponeret. Et verè adoprabat illa claritate ſui, quam angelus Danieli de iuſtitia eruditoribus dixit: Quoniam qui erudiunt multos ad prudentiam, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

benignitas eius erga captiuos.

Multos ſe- culo euoca- tos, mona- ſterijs of- fert. Matth. II. Dan. 12.

CAP. VIII.

Baſilicas quineriā ſanctorū Apoſtolorum Petri & Pauli Romæ poſitas, propter Beorum amorem, decètiſſimè muneribus honorauit: ſed & Romanis reclusis & pauperibus ſapiètiſſima dona direxit. Creſcebat enim quotidie eius ſancta de- uotio, & omnimodis ſatagebat vt cœnobiālè vitā in monaſterio, quod ipſa edificauerat, duceret: & vt animo, itā & corpore ibidè ſubſiſtere potuiſſet. Sed primores & proceres Francorū diſſerebant, maximè quia eius ſapientia palatium regebatur, & pro ſua ſancta conuerſatione ab omnibus amabatur. Quodque votū minimè ad- implere permiſiſſent, niſi cōmotio quædā accidiffet de miſero Sigebrado Epico- po, cuius ſuperbia inter Fracos meruit mortis ruinā. Exindè ergo orta cōtentione, dum ipſum contra volūtatem eius indiſcuſſum, & cōtra legem interfecerunt, me- tuentes nè hoc ipſa beata regina contra eos prauiter feriret, ac tale malum tātum- que nefas vindicare vellet, quod antè amore temporali fieri non permittebant, iam timore legis iudicialis percuſſi, vt deſiderium opratum perficeret, ſuadebant. Et fortaſe dubium non eſt, quòd hoc callidè & nō bono animo ipſi principes per- miſerunt: at tamen ipſa domina, Dei gratia illuſtrata, conſiderabat quòd hoc non tam eorum conſilijs, quàm Dei fuiſſet diſpenſatione factum, quatenus eius ſancta deuotio per quam libet occaſionem Chriſto gubernante eſſet adimpleta. Deducta igitur ab aliquibus ſeniorum principibus, venit ad præfatum monaſterium diū de- ſideratum Kalam, ibique ab ipſis ſanctimonialibus, vt decebat, honorificè & ſatis admirabiliter in congregatione recepta, gratias egit Deo omnipotenti, qui eam ſub vmbra protectionis ſuæ ſuſceperat, & ad portum ſuæ voluntatis perduxerat. Habuit interea non modicam contra eas querelam quas ipſa dulciter enutrierat: qua pro cauſa, falſo ipſe eam habebant ſuſpectam, vel etiam pro bonis mala ea re-

Sigebradi, Epico- pi, caedes.

S. bathildis fit monia- lis in ſuo Calci mo- naſterio.

Charitas & obedientia eius.

Humilitas.

Matth. 20.

Oratio.

Rom. 12.

Act. 4.

Infirmatur.

Omibus præbet sanctæ vitæ & conuersionis exemplum.

1. Tim. 3.

Affectus eius erga pauperes & hospites.

Visio eius ante mortem.

Nō vult ut visio careris fororibus manifestetur.

pendere tentabant. Sed & hoc conferens cū sacerdotibus, citius eis clementer cantata indulgit, & vt ei econtra ipse eandem commotionem indulgerent supplicauit. Atq; hic postmodum pacis amor inter ipsas, Domino largiente, plenissime restitutus fuit & permansit. At verò ipsa beata mater, pijsimo affectu diligebat forores vt proprias filias, & sancta, quam sibi præfecerat, Abbatissa obediens vt matri, omnibusque, vt non dicam domina, sed sicut sagax ancillula, sancta deuotione ministrarium obsequij exhibuit. Itā autem humilitatis magnæ forti animo omnibus ministrabat exemplū, vt ipsa quoq; in officio coquinæ ministraret fororibus, ipsa munditias omnes faceret, & quod maius dicam, ipsa purissima margarita inquinamenta stercore proprijs manibus mundaret. Quæ quidem cum gaudio, & læto periciebat animo tam humile seruitutis obsequium pro Domino, quē nouerat dixisset: Non veni ministrari, sed ministrare. Quis enim crederet quod sublimitas tantopertētē itā vilissimis administraret rebus, nisi ei hoc magnus Christi omnimodo concessisset amor? Insistebat itaq; assidue orationi deuota, cum lachrymis: & diuinam lectionem sapius frequentabat: consolationem continuā per sanctam exhortationem & frequentem visitationem infirmis impendebat. Studio enim charitatis cū dolentibus dolebat, & cum gaudentibus gaudebat, ac pro debilibus & infirmis, vt consolationis subsidium animæ & corporis eis administraretur, sepiissime dominicæ Abbatissæ humiliter suggerebat. Cuius petitioni ipsa, vt pia mater, admirabiliter cuncta præstabat: quia reuera erat eis secundum Apostolicā institutionē cor vnum & anima vna diligebant enim se inuicem tenerē & plenissimo in Christo amore.

CAP. IX.

Coepit interea ipsa domina Bathildis corpore infirmari, & viscerum incisione, pessimo infirmitatis vitio (quod medici Ileos vocāt) grauiter laborare. Et nisi medicorum peritia ad studium subuenisset, penē defecisset. Attamē, licet per tenera membra vi doloris torqueretur, semper cælesti medico, qui subuenit in tribulatione laborantibus, sancta & pura conscientia gratias non cessabat agere, à quo fidenti animo credebatur præmia æterna percipere. Atq; semetipsam præbens omnibus humilitatis magnæ exemplum, studebat fororibus formā pietatis, subiectionis & humilitatis ostendere, conferens sæpē cum matre monasterij, vt regē & reginam siue proceres cum digno honore eulogiorū obsequijs visitaret: quatenus, sicut eccentissimum erat, ipsa domus Dei, bonam famā, quam acceperat, nō amitteret. amplius semper in affectu charitatis cū omnibus amicis, ac validius in Dei nomine & proximi dilectione permaneret, vt scriptum est: Oporteret & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Præcipue autem pauperum curam & hospitium summo studio, pro misericordia & dilectione prædictam matrem comonebat habere. Pro Christi verò nomine salutis monita ipsa suscipiebat, & alacri & bono animo, quæcunq; ei iniungebantur, omnia adimplebat. Sicq; in talibus, secundum quod ei a sepe memorāda domina Bathilde suafum est, quandiu præfata domina Bertilia Abbatissa vixit, adimplere nō cessauit, relinquens posteris exemplum, vt memoria eius maneret in seculum seculi, & nomen eius exaltaretur in gloria.

CAP. X.

Gitur appropinquante dominicæ Bathildis obitu, visio præclara, & ei conueniens fuit ostēsa. Scala siquidem recta videbatur ad stare ante altare sanctæ Mariæ, cuius culmen caelos cōtingebat, & quasi Angelos Dei benignē comitantes, cum ipsis eadem sancta Bathildis secreta cælestia sese penetrare conspexit. Verē beata, cuius itineri Angeli comites erant. Ecce scala, quam (dum viueret) erexit in caelum: ecce focij angeli, quos, bonis operibus in hærendo, acquisiuit amicos: ecce gradus scalæ, quibus transcēsis, peruenit ad Christum diu desideratum, qui ascendit super oēs ceelos. Ex hac ergo reuelatione patēt datur intelligi, qd sublimia eius merita, videlicet patiētia & humilitas, cæteraque, quas toto animo dilexerat, virtutes eā ad celsitudinē æterni Regis, & ad præmij coronā citius remunerandam perducturæ erant. Quia ipsa sancta mater comperta visione, cognouit se quantocyus à corpore esse migraturam, & illuc, vbi iam olim thesaurum recōdiderat optimum, esse peruenituram. Hoc verò sileri à fororibus, quæ conscia huius mirabilis visionis fuerant, præcepit, nec matri monasterij vel cuique forori hæc visio manifestaretur, nē nimia tristitia deficerent, donēc euocatio diuina animam eius sanctam à corpore susciperet. Inter hæc iraque gaudia posita, pia & alacri mente magis ac magis infisteret

SURIUS

q. ber
nobis
RVIII
5

inistere precibus cepit, & semetipfam cum cordis contritione humiliter caelesti regi Domino Iesu Christo commendare attentius nõ desistit. Occultabat autem, in quantum poterat, vim doloris, sed exhortabatur & cõsolabatur dominam Bertiliam reliquasque sorores, edocens se aliquantulum ab infirmitate, quia nimium grauabatur, conualescere, dissimulans futuram, vt poterat, tristitiam, quæ postea ipsa, quæ de vita eius confortabantur, subito & insperatè aduenit. Cumque iam ipsa felix & sancta mater corporis sui sensisset sinè esse soluendum, ilicò mentem sanctam (sicut semper solita) cum manibus & oculis ad cælum erigens, conditorè suam animam, quã creauit, vt ipse reciperet, orauit: nè de ea gauderet inimicus, qui omnibus bona volentibus semper est infestus. Gregem quoque eiusdem sancti cœnobij vt ipse æternus pater à faucibus rugientis leonis erueret deprecabatur, & vt fluxus & fluctus labentis seculi impolluto calle transfret, exorauit: quatenus vasa, quæ fibi factauerat, à sordidissimis draconis squamis erepta, munda & immaculata mundis Angelis, quibus castitas semper amica est, coaptaret. Certa denique facta de beatæ retributionis præmijs, virtute qua potuit prohibuit sibi assistentes nè alijs foribus foris degentibus hæc innotescerent, sed neque dominæ Abbatisæ, quæ valde infirmitate grauabatur, nè fortè mole magnitudinis tristitiæ absorpta, vita simul & corpore periclitaretur.

CAP. XI.

Habebat præterea ipsa domina Bathildis quandam infantulam, quam ex fonte sacri baptismatis susceperat: supra quam apud misericordiam altissimi fudit preces, quatenus eandem ipse ante se reciperet, ipsaque eam infantulam tumulari careret. Quod & celeriter obtinuit. Nam eadem hora anima infantulæ à corpore exiit, & vt beata Bathildis postlauerat, ad tumulum præcessit. Post hæc consignas se confidenter, & pios oculos ac sanctas manus ad cælum eleuans, sanctam illam animam à corporis vinculo in pace resoluit. Statim autem diuinus splendor in ipso cubiculo clarissimè coruscavit, & cum ipso lumine ab angelorum choro (obui, ante sibi fidelissimo amico Genesio scilicet Episcopo, qui visus est adstantibus inter agmina angelorum) gloriosa & sancta illa anima accepta, atque, vt magnum eius exigebat meritum, remigio alarum eorumdem Angelorum ac manibus in cælum eleuata, gaudet sine fine, cum electis & sanctis omnibus mansura. Paulisper autem sorores quæ aderant, quæque talibus diuinis mysterijs intererant, doloris gemitum cum repressione lachrymarum, vt ipsa iusserat, silentio conticuerunt, & tantum sacerdotibus, qui eius beatissimam animam, licet eam haberet receptam, Domino commendarent, secretò denunciauerunt. Cuius sanctum obitum contumuo venerabilis Abbatisa Bertilia & cuncta congregatio cognoscentes cum magno fletu requirere cœperunt, redarguendo quòd eis cognitus non fuisset exitus tantæ matris, tamque beatæ animæ hora, vt & ipsa ipsi mysterijs interessent, quibus illa se dicebat cum participatione luminis & claritate Angelorum præsentem fuisse. Dolebant quoque grauatè gemitu, quòd non quasi immutata, sed tanquam rapta fuisset ab eis desiderabilis gemma omnibusque gratissima. Omnesque obstupescerant, pariter sunt prostrate super humum ilicò, & multis ibi profusis lachrymis cum immenso doloris gemitu, Domino gratias agentes & cum collaudantes, commendauerunt eius sanctam animam ipsi Regi Christo: quatenus isdem quem deuotè dilexerat, in consortio suæ matris sanctæ Virginis Mariæ, cui corde & opere ea seruierat, ac in collegio sanctorum omnium, quos honorauerat, sociaret. Sicque, vt decentissimum erat, excubias condignas agentes, in ecclesia sanctæ Crucis, quam ipsa à fundamentis extruxerat, corpus beatissimū posuerunt, & merito honore summaque reuerentia ibidem sepelièrunt. Tunc venerabilis Bertilia Abbatisa studio pietatis sollicita, mādauit sanctis sacerdotibus vndiq; vicinis, vt eius sancta memoria in sacris orationibus siue oblationibus esset assidue faciendā, quæ nunc vsque locis in diuersis condignè celebratur. Reliquit ergo sanctum sequentibus exemplū humilitatis & patientiæ, mansuetudinis & plenissimæ dilectionis studiū, immoq; infinitæ charitatis & misericordiæ bonū, astutiam vigiliamque, prudentiæ, confessionē puritatis & cordis contritionē. Docuit quoque, vt nullus temerè vel præsumptuosè aliquid definit, sed omnia cum cõsilio esse faciendā, temperato & rationabili sermone discretionis, sciens scriptū: Omnia fac cum consilio, & post factū nõ pœnitebis. Hanc bonitatis regulā consodalibus, & exemplum beatis reliquit matribus, pro quibus exempli

Oratio eius
sub mortèCastitas
Angelis
amica,Sanctā ef-
fiat animāAb Ange-
lis in cæ-
lum de-
fertur co-
mitante S.
Genesio
Lugdunensi
Episcopo.Sepelitur
in ecclesia
S. Crucis
quæ viuens
extruxeratQuæ postea
vite ex-
emplum reli-
quit.

Eccli. 32.

empli sancti virtutibus, recepit magni præmij à Domino sibi repositam coronam.
CAP. XII.

Miracula
ad sacrum
sepulcrum
eius.

Igitur ad celebranda fidelibus sublimia eius, ad sacrum (vbi eius membra quiescunt) sepulcrum, plura per suam famulam efficit Deus miracula, ita vt quicquid inibi febre correptus, aut à dæmone vexatus, vel dolore dentium contritus, seu aliarum infirmitatum laqueo depressus, cum fide accesserit, ilico per diuinam virtutem & eius sanctam intercessionem, depulsa qualibet morbi peste, sanus & incolumis in Dei nomine exinde redeat: quod nuper in quodam puero manifestum esse costat. Veniens nanque ex partibus Prouinciæ quidam venerabilis vir Lendeganus Episcopus, amicus familiarissimus monasterij Calensis, eius puerum ita familiarissimus dæmon arripuit, vt contineri à socijs nullatenus posset, nisi eius pedes manufque nodis tenacissimis colligareretur: quia ob nimiam sæuitiæ duritiã omnes, quos contingere poterat, dentibus & vngulis dilaniabat. Qui dum ad locum sacri sepulcri, sociorum manibus fuisset delatus, atque in pavementum proiectus quasi semiuivus, conterritus ilico pauore diuino sæuissimus dæmon obrigit, atque contuit, ac Dei virtute per intercessionem beatæ Bathildis protinus fugatus ab eo discessit. Et erigens se statim puer atque consignans, & Deo gratias agens, incolumis ad dominum suum sociosque reuertitur. Et quem antea verebantur, nè eos moribus attreretur, iam amplexibus adstringunt dulcibus, & vitæ restitutum gaudent.

Dæmoniacus
curatur.

Comparatio ipsius ad alias sanctas reginas eiusdem cognationis.

CAP. XIII.

al. * Crotildem.
De Crotilde Regina, lege Vita S. Kemigij Tom. I fo. 295, secundæ additionis.

Recolimus quidem in Francorum regno nobiles & Dei cultrices quasdam fuisse reginas, * Clothildem scilicet neptem Gundebaldi Regis, atque magni & antiqui Clodouei Regis coniugem, quæ ita eundem paganissimum veris inlustris exhortationibus, vt vota mentis intentione ad cultum se Christianæ religionis, feruente fidei calore, conuerteret. Et nõ solum ipsum, sed etiam diuina gratia adiuta, plurimos Francorum proceres traxit ad Christi cognitionem & ad catholicæ fidei dilectionem. Ecclesiam quoque in honorem sancti Petri, vbi religio monalici ordinis vigeret, Parisijs fecit: necnon cœnobium in honore sancti Georgij, sacrarum virginũ in Kala prima cõstruxit. Quod postea (quia ambitus ecclesiæ strictior erat ad capiendũ plurimum gregem sanctimonialium) à sæpè memoranda domina Bathilde euersum est, & basilica pergradi spatio amplitudinis cõstructa. Cuius mediũ altare in honore sanctæ Crucis, atque illud in parte dextera in honore sancti Georgij, quod verò ad leuam est, in veneratione sancti Stephani protomartyris titulatur consecratum. Alia etiam quamplurima pro mercede æternæ remuneratiõnis in honore sanctorum condidit loca, & muneribus plurimis ditauit. Parique modo de Vltrogotha fertur regina, Childeberdi videlicet Christianissimi regis coniuge, eo quod nutrix fuisset orphanorum, consolatrix pupillorum, sustentrix pauperum & Dei seruorum atque adiutrix fidelium monachorum. Rectè quoque & illud prædicatur memorabile factũ sanctæ & venerabilis Radegundis reginæ. Lotharij quondam anterioris regis, quam tanta sancti Spiritus succederat gratia, vt viuum relinqueret coniugem, & se Christo Domino sub sacro velamine consecraret, multaque alia, quæ in actibus eius leguntur, perageret. Sed quamquam illud considerare libeat, quod ab ipsis sceminis sanctis actum est, sum moperè tamẽ nobis ad sanctam matrem dominam Bathildem, quæ nostris effulsit temporibus, necnon & ad eius merita gloriosa, quæ ipsi ab ea gesta nouimus & vidimus, recurrendum est. De quibus hic quidem pauca de pluribus commemorauimus, per quæ non putamus eam inferiorem meritis fuisse illis prioribus, sed multo magis in sanctis studijs & bonis operibus eas præcessisse cognouimus, quæ post multa memoranda que gessit opera, euangelicæ perfectionis adimpleuit mandata. Despexit mundum & concupiscentias eius, contriuit diabolum & pompas eius, sequuta est Christum & præcepta eius. Sicque verè monacha sub integra religione beatam vitam feliciter consummauit, atque tertio Calendas Februarias terrena deserens & caelestia appetens, animã beatam benigno Iesu, qui eam dederat, mundam & immaculatã re-signauit, humataque in pace requiescit in Kala monasterio, & regnat in perpetua iucunditate cum Domino, non immemor, vt credimus, suorum fidelium, qui eius cupiunt veraciter attollere præconiũ. Nos verò & si non ita vt debuimus, saltem

Obijt 3. Calendas Februarias.

SURIUS

q. ber
nobis
RVIII
5

tem vt potuimus, vestrum imperiū adimplere curauimus. Imperitiæ sermonis indulgentiam date, & pro culpis negligentiarum cum charitate Deum exorate. Nos ergo, qui ad huc mole ergastuli carnis pressi, ac multiplici scelerum pondere prægrauati, & in huius seculi labentis fluctibus vagamur ambigui, eius suffragia pia de uotione poscimus assidui, vt pro nobis apud misericordē Dominū intercedere dignetur: quatenus absolutos omni labe criminum perducatur pro sua pietate ad cæleste regnum, vbi est gloria indeficiens, perpetua pax lumen sempiternum cum Patre & filio & Spiritu sancto, quæ preparauit ijs qui diligunt eum, Amen.

VITA GENTILIS SANTISSIMÆ MULIERIS
RAVENNATIS, EX HIERONYMI RVBEI VIRI DO.

*Hic sumi de gestis Rauennatum libro nono. quæ virum à Paulo tertio, catalogo
sanctorum sit adscripta, compertum non habeo.*



SV B id tempus, quo ab Clemente septimo Cæsaris signi 28. Ianua:
pompa coronā Bononiæ accepit Augustalem, Rauennæ
Gentilis decessit, Thomæ lusti aurificis Veronensis filia, Ra
uennæ, ex Rauennati mulier nata: quæ cum admodum fa
miliariter & frequenter Margaritæ, de qua supra docuimus
cōsuetudine fuisset vsa, maximam sanctitatis opinionem
contraxerat, aucta in dies vita innocenter sanctæque agen
da. Maritum habuit Iacobum Pianellam Venetum, su
torem: ex quo genuit filios aliquot, Leonemq; præsertim
qui sacerdos fuit. eo autem per sancto genere viuendi, mariti odium ita vehemens
sibi conflauit, vt ab illo non modo verbis asperis, contumiliæque plenissimis, sed fa
ctis acerbis, publicisque calumnijs, ac verberibus multis, sæpissimè in ingentes ca
lamitates præcipitaretur: quas tamen ea animi moderatione, itaque tranquil
lè semper tulit, vt Margaritæ magistræ, omnia diuinitus cognoscenti, atque quo
modo se haberet sciscitanti, responderet: habere se multo melius, quàm merere
tur. Quo factum est, vt assiduus à Deo precibus tandem aliquando mariti in
melius cōmutatos mores impetrauerit. Tanta fuit in eos, qui illam iniurijs igno
minijsque afficientes, multi semper fuisse, bonitate & beneficentia, vt prima illos
ad iram odiumque deponendum, conciliandamque inter se concordiam, blan
dis verbis inuitaret. Egentes maxima semper misericordia prosequens, cum postu
lantibus præbere non posset, (paupertatem enim amabat & sectabatur) illachry
mans mirifico simul afficiebatur dolore. Plurimis sanitate corporis, admirabi
li euentu, precibus à Deo impetrauit: animique curas & molestias sermone le
uauit. Cogitationes, intimosque animi sensus, Deo indicante cognoscebat: vt
locupletissimi testes accesserent Antonius Monuetulus, & Zacharias Pedercinus:
dum iussu Pauli tertij Pontificis, anno sesquimillesimo trigesimo septimo, mense
Maio, Ioannes Franciscus Petitus, Rauennæ Moderator, de huius & Margaritæ
vita, miraculisque (vt supra memorauimus) quæstionem habuit: in qua Paulus
Vegius Rauennas, Episcopus Casensis, se Margaritæ & Gentilis precibus, cum iam
ad cælestis vitæ præmia vocatæ essent, animi tranquillitatem, corporisque sanita
tem, ex grauissimis morbis sæpius obtinuisse, scribit. Plures etiam ex Canonicis re
gularibus Lateranensibus, vt Scraphinus Acetus Firmanus, (qui de harum sanctif
simarum mulierum vita libellum, typis excusum, edidit) Michael Foro Cornelia
nus, & Marcus Antonius Venetus, Gentilis rogatu ac precibus, summas à Deo vir
tutes, ipsamque præsertim castitatem se fuisse adeptos testantur: adduntque mul
tos se nouisse Venetijs, Ferrariæ, Luca, alijsque ciuitatibus atque oppidis, quibus
cum Margaritæ & Gentilis suffragium flagitassent, munera à Deo mirabilia acci
derint.

Scribit Monuetulus, vir doctissimus ac grauissimus, iuratusque in hac quæstione
testis, cum nocte quadam acriter à dæmone illius oppugnaretur castitas, se proti
nūs è lecto surgentem, ad Dei que opem confugientem, fuisse libertatum: postridie
que manè, cum ad Gentilem adisset, illam, vniuersam oppugnationem narraffe, af
firmasseque, precatam se fuisse Deum, vt illi victoriam præberet. Sæpius item, cum

28. Ianua:
Gentilis
parentes &
Patria.

Ianuarij
scilicet 27.

Multis affi
citur à ma
rito iniu
rijs.

Plurimos
egros pre
cibus sanat

Hic librū
necdum vi
dimus.

Nouit Deo multi adessent, cuiuslibet peccata diuinitus ab eadē cognita & castigata sunt, quod ipse sepius sensit Monuetulus. Multa insuper vaticinata est, tametsi id agere admodum faceret, nec affirmanter: neque enim visis, quæ sibi frequenter diuinitus obiciebantur, facile credebat. Vt autem multa, quæ prædixit, omittam, illud non inuoluerim silentio, quod Rauennate prælium, vrbisq; direptionem sigillatim prænouit, asserens, è remotis locis multos ad diripiendam Rauennam accedentes, se inuenturum verò Hieronymum Malufellum eam hortaretur, vt salutis fuga confuleret, id ipsa renuens, si erant aduersa ob peccata ferenda, se quoque multa peccasse, & in die peccare affirmabat. Pridiè verò quam ob factiones, magna cædes Rauennæ committeretur, sibi è D. Iohannis Euangelistæ redeunti, vas plenum sanguinis ostensum cęlitus est, audiitque vocem, quæ illud acerarium futurum asseruit: Cum etiam Bononius per Aemiliam vagaret, Romam contendens, ipsa in cubiculo, nonnullis commitata, cum esset statim pallida facta, & tanquam territa, passis crinibus mulieres sibi ostensas, hominum neces, cruoris magnam effusionem, atque huiusmodi multa, quæ in vrbium direptionibus solent contingere, affirmavit, quod non diu post verum fecit ipsa Romæ miserabilis clades.

Prædicte subuersio nē Rauennæ vrbis.

Visio eius

Hoc loco Hieronymi Malufelli restificationem libenter posueram, viti sanctissimi, atque illius contubernalis, qui que illi à confessione ad expianda peccata, quam quotidie ferè faciebat, adfuit. Hic igitur cum admodum adolefcens multa de Gentilis sanctitate acciperet, & vt iuuenes solent, sperneret, hortante sorore ac penè impellente, ad Gentilem se, non absque ingenti metu, contulit: iam enim quartum annum abstinerat confessione de peccatis. Domum ingressus, statim maximum percipit odorem, ad eamque accedens, breui ita eius præceptis & admonitionibus iustitiam & pietatem est edoctus, acieque mentis illustratus, vraliam statim vitæ ordinationem, alios mores ingressus fuerit. Tres interim effluxerunt anni quibus frequenter ad eam venire consueuerat, audiebatque illam Deum precantem, vt sibi sacerdotem concederet, quo cum arcana cordis cõmunicaret: nec diu post Hieronymus in animum induxit, sacerdotem fieri: sed quò magis ad eum sacrosanctum ordinem accedebat, eò cordis dolore quodam penè intolerabili magis afficiebatur: quo tamen Gentili patefacto statim exhilaratus est animus, & inanis timor ac sollicitudo pulsa. Sacerdos iam factus, cum Cæsenæ in cubiculo solus mysteriorum arcana verba recitaret, & cubito supra sacrum librum innixus, manu ad genam admota, ea consideraret, statim ex sublimi in faciem adeo vehementer ictus est, vt sui vix esset compos, nullum tamen dolorem sensit: cõfestum que erectis oculis, iuxta se mulierē nigris indutam vestibus conspexit: quam Gentilem, aut Margaritam suspicans, Rauennā, inquit, proficisci animus est: aut enim Iacobus Gentilis maritus est mortuus, aut supremam agit animam. Itaque Rauennam cum venisset, postridiè eius diei Iacobus vita decessit: Ipseque Hieronymus, haud ita multo post, Gentilis, Leonis, & mulieris cognatæ, quartus accessit contubernalis, vbi decem & nouem annos, vita sanctè degēda, peperuo vixit. Gentili asiduè multos dolores, eosdemque magnos, patienter atque hilari semper vultu, ferente: cum tamen corpus etiam castigans, diebus Mercurij, Veneris, & Saturni, semel tantum, sacra inedia causa comederet, omnibusque Dominicis diebus festis Hieronymus illi diuinam ac sacrosanctam corporis Christi Dei hostiam communicaret.

Vir suus vita fugitur.

Abstinētia eius.

Prædicte suo confectio diei obitū sui

Felicitate obit.

Antequam diem obiret suum, illū, sepe Hieronymo Malufello prædixerat. Tandem verò hæredē illo facto ex asse, erat enim Leo filius præmortuus, iussit, vt domum suam in templum erigeret: iaceret fundamenta, reliqua Deo committeret, futurum enim, vt non Rauennates, sed exteri opus iuuarent. Itaque ad quintū Calendaras Februarias nocte insequenti, ad extremum sacro oleo vncta, morte minimè dissimili ab ea, quam innocenter egerat, vita, nono & quinquagesimo ætatis anno, diem supremum clausit.

Quoniam, vero nimis longa sumeretur oratio, si quæ post mortem admirabilia munera sunt, eius apud Deum rogatu impetrata, narrauerim, hæc omitto, ad Hieronymum Malufellum venio, qui cum neque aureos nummos decem haberet, verbis tamen Gentilis magistræ impulsus, fundamenta templi iacit: & quod mirū est dictū, plurimi accurrentes, ita iuuere, vt breui fuerit templum extractū, in quod quingenti amplius nummi aurei impensū sunt: quorum trecentos Carolus in Neapoli.

SURIUS

quod
notat
RVIII
5

politano Regulus, quem nos virum nouimus, fuisse; superioribus annis allocuti, donauit. Is enim cum in Gallia, quod se amisso imperio receperat, de quodam sacerdote accepisset, Rauennæ sacerdotem planè sanctè viuere, & templum exædificare, diuino spiritu impulsus, Rauennam è Gallia venit, duæ Mariæ Lauretanæ templum toto orbe ingentibus miraculis celeberrimum, inuisurus: inuenitque; Hieronymo, aureum tradidit torquem, ut, quod iam angustum ædificarat templum, amplificaret, & facellis additis, exornaret: quod & factum est. Quibus peractis, aliquot sacratis uiris probis ac religiosis, in quibus Simon Crespolus Rauennas maximè enituit, secum iunctis, collegium instruit, titulo Boni Iesu, ac Diuæ Margarete adiecto, anno à partu Virginis trigésimo secundo supra millesimum quingentesimum quod postea Paulus tertius Pontifex Maximus insequentibus approbauit. Iulia etiã Sfondra, nobilis ac religiosa mulier, uida, Mediolanensis, quæ Mantuæ ex Piccinardata familia maritum habuerat, annuam certam pensionem pecunie illi cõsolationi cum tribuisset, multum rem ipsam iuuit, magnificasque; ædes proximas templo, & nonnullos etiam fundos comparauit.

Ex domo Gentilis tẽplu extruatur.

Eius ecclesia fit collegiata, titulo Boni Iesu. & S. Margarite.

FEBRUARIVS

VITA B. SIGEBERTI FRANCORVM REGIS,

AUTHORE SIGEBERTO MONACHO GEMBLACEN. VTRVM HIC CATALOGO SANCTORUM ADSCRIPTUS, SÌ IGNORO MULTIS TAMEN CLARET MIRACULIS.



ANNO Dominicæ incarnationis quingentesimo octogésimo sexto Lotharius secundus, Chilperici Regis & Fredigundis filius, in Francia admodum puer regnare cœpit. Qui postquam ad intelligibilem ætatē venit, honestati morum studere cœpit, vnde à Deo exaltatus, eò usque processit, ut monarchiam regni Francorū mereretur accipere solus. Hic anno regni sui tricésimo nono Dagobertum filium suum in consortium regni adsciuit: & nē regni potestatis licentia, & iuuenilis ætatis intemperantia exorbitaret à via rectitudinis, ei viros potentia & sanctitate claros substituit, sanctum scilicet Arnulphum, ex Maiore domus Metensem Episcopum, & Pipinum Maiorem domus, tunc temporis cunctis aulicis præminentem potentia & prudentia: Istis Dagobertus vtens tutoribus, regnum Francorum propagauit latius, & maximè ad debellandos Saxones laborat intentius, qui fines regni sui crebris fatigabant excursibus. Quos auxilio patris sui Lotharij ita deuicit, ut & Regem eorū Berthoaldum perimeret, & omnes Saxones, mensuram gladij sui excedentes, gladio trucidaret.

1. Februarius. Cap. 1.

Cap. 2. S. Cuniberti vita, habetur in nouemb. Tomo 6. disceptu.

Graviter peccat S. Davidis Regis morte.

Penitentiã eius.

Tam bonis Dagobertus Rex vsus principijs, post mortem patris sui cœpit paulatim resiliere à proposito aequitatis, & consilij Pipini principis, & Cuniberti Archiepiscopi Colonienfis, quem idem Pipinus post decessum sancti Arnulphi vnanimem sibi amicum, & intimum suis elegerat consilij. Nam quamuis Dagobertus Rex esset egregius bellator, sacerdotum Dei & ecclesiarum pius amator, pauperum Christi largus subleuator, & multarum bonarum artium executor: tamen carnalis incontinentiæ morbo nimis laborabat, vnde & claritudini nominis sui fœdam infamiæ notam contraxerat, & (quod grauius erat) Regis regum iram contra se accenderat. Reginas enim suas fictis ex causis alias pro alijs repudiabat, ipsis quoque desponsatis pellicum amores superducebat. Et quantum ad eò deditus esset carnali commercio, nullam tamen spem propagandæ posteritatis habebat, ex nullator vxorum filio suscepto. Permaximè ergò Rex dolebat, quia se Dei offensam incurrisse sentiebat: præsertim quòd ex regio patrum suorum semine nullum sciebat superesse, præter se & fratrem suum Charibertum: qui Charibertus propter simplicitatem nimiam minus idoneus erat ad regni gubernaculum. Sed quantum de prolis prosperitate, non tamen desperans de Dei miseratione, præcordialiter eum deprecabatur, ut sibi ex eius nutu filius daretur, qui sibi in regimine regni subrogaretur.

Iustus